

Dat die
24 augusti
1802
anno III.

CLIV.

Instantibus superioribus Carmelitis congregationis Hispanæ moderantur constitutiones dictæ congregationis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **P**ro pastorali munere, quo Ecclesiæ catholicæ divina dispositione præsidemus, eorum præsertim Christifidelium statui, prout res, tempusque postulat, consulendum Nobis esse arbitramur, qui e sæculi fluctibus ad aliquem regularem ordinem, veluti in portum confugerunt, ut ipsi in charitatis vinculo, pacisque amœnitate gubernati, quam strenue professi sunt altissimam christianam perfectionem, hanc assequi possint.

Expositio præcui.

§. 2. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni superiores generales fratrum ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo exaltatorum nuncupatorum congregationis Hispanæ, quod quam ipsius ordinis constitutiones affabre conditæ, et a rec: mem: Pio pp. VI prædecessore Nostro per suas in simili forma brevis die decima quarta martii millesimo septingentesimo octogesimo sexto expeditas literas confirmatæ sunt, rerum tamen usus, edocuit, omnia non recte procedere, in iis, quæ super officiorum distributione præscripta reperiuntur, ac quidquam esse per Nos addendum, vel moderandum, ut mala, et incommoda in dies gliscentia radicibus tollantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illorumque, ac dictæ congregationis fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, motu proprio, ac certa scientia, et ma-

tura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, et singula sequentia capita statuimus videlicet.

I.

§. 4. Generalis, et definitorium generale congregationis Hispanæ facultatem habeant deputandi in quibuscumque provincialibus comitiis præsentem, qui eorum nomine adsit, suffragium ferat, et electiones ibi faciendas confirmet.

De facultatibus definitorii generalis.

II.

§. 5. Ad præsentias hujusmodi fratres idonei deputari debeant, qui licet suffragium in singulis electionibus faciendis ferant, ipsi tamen in eodem capitulo ad nullum superioris gradus officium eligi queant.

De eligendis ad præsentias.

III.

§. 6. Eorundem præsentium electio per definitorium fieri possit de confratre vel ejusdem, vel diversæ provinciæ, si id ad aliquod incommodum tollendum visum fuerit opportunum; ita tamen, ut electio, quoad capitulum congregabitur, occulta remaneat, quo anfractus, et perturbationes evitentur.

De electione per definitorium faciendâ.

IV.

§. 7. Dicti præsentibus a definitorio generali delecti nomine ipsius definitorii in capitulis semper agere, ac juxta ejusdem definitorii accepta mandata se gerere debeant, electiones confirmando ad definitorii mentem.

De forma servanda in capitulis et electis.

V.

§. 8. Decreta, et acta in dictis provincialibus capitulis faciendâ nullum robur, nullum effectum habeant, donec approbata fuerint, et confirmata a generali definitorio, cui id spectare debet. Atque omnia, et singula statuta hujusmodi perpetuo servari, et custodiri debere volumus perinde ac si dicti ordinis constitutionibus præinserta fuissent, prout motu, et potestate similibus pro in illis insertis haberi decernimus, et declaramus.

De approbatione decretorum capituli provincialis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Decernentes presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitius clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut generalis, et definitivum generale ad præsentis huiusmodi nominationem devenientes illud exploratam habeant, ut ejus persona carissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico grata sit, et accepta. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima quarta augusti millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLV.

Dat. die
26 augusti
1802
anno III.

Confirmatio suppressionis monasterii Lacromensis ordinis s. Benedicti congregationis Cassinensis, et applicationis illius honorum favore piorum operum, et institutionum civitatis Ragusæ.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Venerabili fratri
archiepiscopo Ragusino salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. In omnes agri Deminici partes, vigilis more pastoris oculos Nostræ mentis intendentes, ne Christifidelibus, tam spiritualia, quam temporalia subsidia deficient, omnem impendimus operam, ita ut nedum ea, quæ ad eorum salutem a prædecessoribus Nostris disposita, et ordinata fuisse comperimus, ut firma, et inconcussa remaneant apostolicæ confirmationis robore satagimus communire, sed et alia de novo statuimus, et ordinamus, quæ illorum opportunitatibus conspicimus in Domino plurimum expedire.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii rector, et consilarii reipublicæ Ragusæ, quod alias videlicet usque et de anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo octavo inspiciens senatus ejusdem reipublicæ pius illius urbis institutiones attentis temporum calamitatibus ob reddituum, et oblationum deficientiam maximas in angustias esse redactas, adeo ut quantum fieri posset, ad servandam, et alendam in Christifidelium cordibus catholicam religionem, pia opera, piæque institutiones in ditione Ragusæ reipublicæ fundatæ conservarentur, felicitatis recordationis Pio pp. VI prædecessori Nostro exposuit, quod tantummodo opportunum remedium futurum si prævia monasterii monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis de la Croma nuncupatæ suppressione, omnia, et singula bona in ditione ejusdem reipublicæ existentia, ad monasterium huiusmodi legitime spectantia, et pertinentia, piis operibus, et institutionibus præfatis applicata, et appro-

Expositio precum porrectorum a rectore, et consiliariis reipublicæ Ragusæ.

priata fuissent. Præfatus vero Pius prædecessor, qui gregis Dominici salutem semper curavit, necessitatibus piorum operum hujusmodi perspicuus occurrere esse opus, insignique ordini sancti Benedicti, congregationique Cassinensi ex deficientia unius monasterii nullum damnum esse profecturum, sub die vicesima septima mensis septembris supradicti anni Domini millesimi septingentesimi nonagesimi octavi, speciali ejus rescripto supra sibi porrecto supplici libello exarato, eisdem rectori, et consiliariis, vendendi bona in territorio ejusdem reipublicæ existentia ad monasterium Lacromense præfatum pertinentia, et ab illorum pretio detracta pensione annua pro alimento monachorum in ipso tunc degentium, ad eorum vitam pro unoquoque, non minori centum viginti scutorum monetæ Romanæ assignanda, reliquam summam in operum piorum utilitatem erogandi facultatem tribuerat.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, rector, et consilarii præfati Nobis significaverint, quod prædictum monasterium alia bona, et præcipue duas domus, tresque officinas sitas in via sancti Bartholomæi nuncupata civitatis Venetiarum, a quodam Marino di Goze in testamentaria ejus dispositione Lacromensi xenodochio relictas, et postmodum eidem monasterio a sancto meo Paulo pp. II similiter prædecessore Nostro usque et de anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto assignatas, et applicatas, etiam possidebat; ideoque ad eorumdem piorum operum, et institutionum conservationem, et ad evitandam in posterum quamcumque difficultatem, et disputationem, quæ oriri posset, summopere in votis habeant, ut prædictæ domus, et officinæ, omniaque alia bona extra ditionem Ragusinam posita, et ad idem monasterium alias pertinentia pariter pro conservatione piorum operum hujusmodi applicentur, ac præmissa omnia per te in vim potestatis tibi a prædicto Pio prædecessore Nostro factæ gesta, et peracta pro majori illorum validitate, ac subsistentia, per Nos etiam, ut infra, approbentur.

§. 4. Nos igitur votis, ac precibus ex parte eorumdem rectoris, et

consiliariorum prædictæ reipublicæ Nobis super hoc humiliter porrectis benigne annuere volentes, suppressionem, et extinctionem supradicti monasterii Lacromensis, illiusque honorum in ditione prædictæ reipublicæ existentium piis operibus hujusmodi applicationem alias per te apostolica tibi concessa auctoritate prædicta factas cum omnibus, et singulis jam forsitan inde sequentis, et sequendis quibuscumque apostolica auctoritate perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, inviolabilis, et irrefragabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti, et solemnitatum, aliosque quantumvis substantialia defectus, si qui in suppressione monasterii hujusmodi Lacromensis, illiusque honorum applicatione prædicta, ut præfertur, factis hujusmodi desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, intelligi, aut prætendi possent in eisdem supplemus, et sanamus, et quatenus opus sit, titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam regulares, ac omnem respective statum, et dependentiam, ac institutionem regularia hujusmodi de novo supprimimus, et extinguimus, ac monasterium Lacromense præfatum ad statum sæcularem apostolica auctoritate etiam de novo perpetuo reducimus, et immutamus, illudque ab ordine, et congregatione præfatis perpetuo dividimus, et separamus.

§. 5. Per præsentem autem tibi committimus, et mandamus, quatenus omnia, et singula bona ad monasterium prædictum Lacromense sic, ut præfertur, suppressum, et extinctum alias quomodolibet spectantia, et pertinentia, tam in ditione præfate Ragusinæ reipublicæ, quam alibi, et præcipue supradictas domus, et officinas in civitate Venetiarum respective existentia piis operibus hujusmodi auctoritate Nostra perpetuo applices, et appropries.

§. 6. Decernentes præsentem litteras nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ defectu notari, vel impugnari, in jus, vel controversiam vocari, aut ad viam, et terminos juris rednci, seu adver-

Applicatio honorum.

Clausula sublitera, et decretum irritans.

sus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus umquam posse, ac semper validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio
contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non supradicti ordinis, et congregationis præfatæ, cujus monasterium huiusmodi existerat, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis tam prædicto monasterio, quam ordini, et congregationi huiusmodi, ac quibusvis personis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, et Sedem apostolicam sub quibuscumque tenoribus, et formis concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis etiamsi de illis specifica, et expressa mentio habenda; aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens ad effectum validitatis præmissorum, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, sexto kalendas septembris, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVI.

Instante magistratu Aesino indulgetur eidem magistratui, ut loco solius rubonis, quem adhuc deferre consuevit, deinceps tunicam et rubonem auro sericum cum zonis, et floccis similibus, itemque pileum cum floccis et funiculis auro sericis gestare possit ad instar conservatorum urbis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Paterna, quam de Nostris, et apostolicæ Sedis in temporalibus subditis gerimus, cura, et sollicitudo Nos urget, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus benigne annuamus, illosque specialibus gratiis, et favoribus prosequamur. Cum itaque inter cæteras ditionis Nostræ ecclesiasticæ civitates Aesina civitas antiquitatis laude, populi frequentia, et constanti in Romanos pontifices, et Sedem prædictam observantia, fideque non mediocriter emineat, ac senatum, seu magistratus habeat nobiles, ac in publicis rebus gerendis prudentia, moderatione, et integritate præstantes.

Præmium.

§. 2. Nos qui civitatem prædictam, illiusque communitatem, et homines præmissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentia Nostræ complectimur affectu, dilectos filios magistratus huiusmodi aliquo apostolicæ beneficentiæ Nostræ munere donare, et amplioris honorificentia prærogativa decorare volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore existentibus in perpetuum dictæ civitatis magistratibus; ut ipsi loco solius rubonis, quem adhuc deferre consueverunt, deinceps vestem oblongam, seu

Tenor concessionis.

Dat. die
31 augusti
1802.
anno III.

unicam, et rubonem auro sericum, vel pro functionum, et solemnitatum varietate nigrum cum zonis, et floccis auro sericis, itemque pileum cum floccis, et funiculis auro sericis ad instar conservatorum hujus Nostræ almæ urbis, in quibuscumque functionibus, et actibus publicis gestare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque magistratus, et eorum quemlibet desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dictæ almæ urbis Nostræ, et Aesinæ, aliarumque civitatum ditionis Nostræ ecclesiasticæ statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima prima augusti millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CLVII.

Facultas fratribus minoribus s. Francisci oppidi Palmæ Majoricensis diœcesis, in quadam ecclesia eorum cœnobio adnexa celebrandam unam missam propriam votivam de Conceptione B.M.V.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um, sicut dilecti filii superior, et religiosi ordinis minorum s. Francisci cœnobii adnexi ecclesiæ titulo ejusdem s. Francisci Assisiensis oppidi civitatis Palmæ nuncupati Majoricensis diœcesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga Deiparam præferunt, devotionis affectu, ejusdem cultum et venerationem in dies augeri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sac. rituum congregationis secretario, ut in posterum occasione peculiaris festi, quod exponentes in honorem conceptionis Beatæ Mariæ Virginis agere solent in dicta ecclesia in una ex dominiis adventus, excepta tamen dominica prima, quotannis in eadem ecclesia una tamen missa cum cantu propria de ipsa Conceptione quæ incipit "Egredimini = tamquam votiva pro re gravi, sed non omissa conventuali de dominica, celebrari possit, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ ecclesiæ et ordinis consuetudinibus; privilegiis quoque,

Dat. die
7 septembris
1802
anno III.

Tenor concessionis.

Expositio præcæ.

Derogatio contrariorum.

indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectam hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datam Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima septembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLVIII.

Dat. die
10 septembris
1802
anno III.

Facultas conferendi lauream doctoralem in philosophia, sacra theologia, et utroque jure pro præsule universitatis Asculanæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **I**n summo apostolatus apice, meritis licet imparibus, constituti, animo propicientes quantum ex literarum studiis catholica fides illustratur, divini numinis cultus augeatur, christianæ religionis veritas confirmetur, et justitia colatur ad ea, propter quæ literarum studia hujusmodi nihil exciteantur, atque etiam, ut omnes sedulam iisdem operam navantes majore cum commodo id peragere valeant, libenter mentem adjicimus, et apostolicæ sollicitudinis auctoritatis, benignitatisque partes conferimus, prout pia personarum optime de Sede apostolica meritarum vota exposcunt, Nosque in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Expositio præcunt.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni præses, et doctorum collegium literariæ universitatis civitatis Nostræ

Asculanæ perplures juvenes in dicta universitate diversis facultatibus operam dent, ac alii quoque in posterum operam dare intendant, ut juvenes hujusmodi majore cum sedulitate ad earundem facultatum studia incumbant, et in ipsis apprime instituantur, atque ne postquam studia prædicta compleverint, aut sine præmio discedant, aut alibi pro consequendis eorundem studiorum gradibus non sine gravi impensa conferre se debeant, facultatem promovendi ad lauream doctoralem eidem, et pro tempore existenti præsidenti, et universitati per Nos concedi, aut alias ut infra indulgeri summopere desiderant.

§. 3. Nos igitur nonnullorum Romanorum pontificum prædecessorum, Nostrorum, qui multis gratiis, et privilegiis civitatem prædictam Asculanam, utpote unam ex antiquioribus, et illustrioribus status Nostri pontificii ornarunt, exempla sequi volentes firma spe, fiduciaque concepta, eandem civitatem, et universitatem, quo amplioribus gratiis, et favoribus ab hac sancta Sede decorari pergant, eo majores pietatis, obedientiæ, et obsequii erga Nos, et eandem Sedem, aliorumque virtutum, et scientiarum fructus edituras fore, supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ipsamque præsentem, et aliorum singulares personas, quibus præsentibus Nostræ literæ favent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, ac jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad affectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censes, ipsam universitatem, quatenus a privilegiis, exemptionibus, indultis et gratiis a re. me. Nicolao pp. IV. in sua primæva asserta erectione, et successive ab Urbano pp. VI. prædecessoribus Nostris sibi concessis quomodolibet exciderit, eam in omnibus, et singulis privilegiis hujusmodi, ita tamen ut nunc venerabilis frater Noster Joannes Andreas episcopus Sabinensis, et ecclesiæ Asculanæ administrator, successive vero pro tempore existens episcopus Asculanus ejusdem universitatis præses existat, auctoritate apostolica

Tenor concessiois.

tenore præsentium plenarie in integrum restituimus, et quatenus opus sit, denuo concedimus, et erigimus; nec non eidem præsidenti, doctorumque collegio in perpetuum facultatem conferendi lauream doctoralem in philosophia, sacra theologia, nec non in utroque jure et facultate medica juvenibus in ipsa universitate facultates hujusmodi respective edocendis, ad instar universitatum Firmanae, et Maceratensis, dummodo ipsi ad gradus hujusmodi promovendi per tempus pro iisdem universitatibus præscriptum scholas ibi frequentaverint, et examini coram quatuor in ipsis facultatibus doctoribus, seu lectoribus juxta formam dictarum universitatum Firmanae, et Maceratensis, eligendis se omnino subjiciant, et ab ipsis examinaturis rite adprobentur, servatisque alias servandis, prout in prædictis duabus universitatibus præscripta reperiuntur, laureæ doctoralis insignia hujusmodi exhibendi auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et impertimur.

§. 4. Ac præterea quibusvis viris, et juvenibus ad lauream doctoralem hujusmodi taliter promotis; ut ipsi omnibus, et singulis privilegiis, indultis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus et gratiis, quibus alii in dictis Firmana, et Maceratensi, aliisque studiorum universitatibus Nostri et S.R.E. status ad dictam lauream doctoralem promoti jam de jure, usu, et consuetudine, aut alias, quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum pari modo uti, frui, et gaudere in omnibus et per omnia libere, ac licite possint, et valeant, pari auctoritate concedimus, et indulgemus.

§. 5. Decernentes præsentis literas firmas, validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judica-

ri, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictarum universitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die decima septembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Derogatio contrariorum.

CLIX.

Dat. die
10 septembris
1802
anno III.

Reductio æris alieni quo nonnullæ communitates gravantur erga tribunal Viarum cum dilatione ad illud satisfaciendum.

Monsignor Fabrizio Loccatelli Orsini chierico della Nostra camera, e presidente delle strade.

§. 1. Una delle opere pubbliche intraprese dal Nostro antecessore fu quella del risarcimento delle strade corriere, e provinciali a solo fine di animare il commercio tra le provincie di Marittima, Campagna, Lazio, Sabina, Patrimonio, Castro e Ronciglione, Umbria, e ducato di Spoleto. Di non poco dispendio sono sempre state simili imprese, e come tali si sono sempre sperimentate dalle più ricche, e popolate nazioni. Altre volte ci avete rappresentato, che li creditori residuali a tutto marzo 1801. ascendono per questa causa alla vistosa quantità di scudi 439182. 10., e che le comunità delle suddette pro-

Expositio precum porrectarum a præsule viarum.

Privilegia laudatorum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

vincie sarebbero in obbligo di garantire l'interesse dei rispettivi creditori, tra quali per la rata di scudi 43142. 17. $\frac{1}{2}$ avrebbero il primo luogo li creditori degli ordini a tempo spediti dal tribunale a favore dei fabbricatori di dette strade; e per la rata di 197626. 78. $\frac{1}{2}$ li fabbricatori medesimi. A queste due partite aggiungendosi le prestanze fatte dallo stesso tribunale in scudi 153633. 14., e dal Nostro monte di Pietà in sc. 44780. conosciamo ancor Noi, e con amarezza dell'animo Nostro vediamo, che lo stato passivo delle comunità di dette provincie a tutto marzo 1801. sarebbe per queste cause di scudi 439182. 10. Avete perciò lodevolmente prevenuti li Nostri desiderj, consigliandovi col rmo card. Busca prefetto della Nostra congregazione de' Sgravi, e Buon Governo, rappresentandogli da una parte lo stato deplorabile di esse comunità, e dall'altra il dovere di prestarsi in qualche modo alle continue istanze dei creditori, a favore dei quali per la rata di scudi 43142 17 $\frac{1}{2}$ con altro Nostro chirografo delli 5. febraro 1801. furono da Noi obbligate le comunità a soddisfarli nel termine di anni sei, col frutto compensativo al quattro per cento, lo che non è stato sinora eseguito per le interposte petizioni di tutti gl'altri creditori. Per sollevare le Nostre comunità da tanto peso, che sarebbe per esse insopportabile, e per non ledere l'equità, e la giustizia, ci ha consolato il piano da voi concertato con il medesimo cardinal prefetto del Buon Governo, come appunto è quello di minorare lo stato passivo delle comunità, sgravandole in un colpo dal peso di sc. 226039. 92. $\frac{1}{2}$ A questo effetto ci avete proposto di assolverle dall'obbligo di restituire le surriferite prestanze, cioè li scudi 153633, 14. al tribunale delle strade, e li scudi 44780 al monte di Pietà, e di ridurre, come ci fate sperare, il credito delli fabbricatori, ed appaltatori delle strade delli scudi 197626. 76. $\frac{1}{2}$ a scudi 170. mila a titolo di manutenzione o altri patti non adempiti, a tenore dei rispettivi istrumenti, e senza pregiudizio di qualunque altra maggior somma, che voi potrete seco loro liquidare, diminuire, e concordare, e senza che né li vostri successori, né altri possano

in avvenire alterare quel sistema, che si sarà da voi fissato. Ridotto in questa guisa lo stato passivo delle comunità delli scudi 439182. 10. a soli scudi 213142. 17. $\frac{1}{2}$, vediamo ancor Noi la necessità di trovare un'assegnamento capace a soddisfare li residuali creditori. Tale assegnamento, affinché sia meno gravoso, ci avete nello stesso piano proposto di dare alle comunità il respiro di un sessennio, permettendo, che sopra di esse si faccia un ripartimento di anni scudi 38259 65. da ipotecarsi a favore delli residuali creditori, essendo evidente, che con il prodotto di questa tassa sessennale sarebbero pienamente soddisfatti, anzi sopravanzerebbero scudi 16415. 72. $\frac{1}{2}$. Vediamo ancora, che questo sopravanzo servir potrebbe alle spese dell'esigenza, scrittura de' conti, misure, perizie, ed altre urgenze, che potessero occorrere alla finale liquidazione del credito dei fabbricatori; e siccome a tanta somma non ascenderanno le suddette spese, ci avete soggiunto, che il soprappiù potrebbe erogarsi nello sgravare le comunità dalla tassa dell'anno ultimo del sessennio. Esaminatosi da Noi il riferito piano, e persuasi di non poter diversamente soddisfare tanto alli doveri di equità, e di giustizia, quanto al vivo desiderio, che avremmo di sollevare le comunità per mezzo del Nostro erario camerale, se non si opponessero quelle dure circostanze, che sono a tutti bastantemente note, condistendiamo perciò ad approvarlo in tutta la sua estenzione, e perchè così si faccia.

§. 2. Di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nestra sovrana apostolica autorità rivochiamo in primo luogo, ed annulliamo il citato Nostro chirografo dei 5. febraro 1801. e qualunque rescritto fatto posteriormente a favore dei creditori degli ordini a tempo, volendo Noi, che tali creditori nel giro del sessennio si contentino di essere soddisfatti del capitale di scudi 43142. 17. $\frac{1}{2}$ senza pretendere dalle comunità il frutto compensativo del 4. per cento decurso dalla data del suddetto Nostro chirografo, e che saranno per decorrerle sino al termine della piena soddisfazione del medesimo capitale. Assolviamo in secondo luogo le comunità dall'obbligo di restituire ad

Tenor absolutio-
tionis, et con-
cessionis illa-
tionis.

tribunale delle strade le prestanze fattegli a tutto marzo 1801. nell' indicata somma di scudi 153633. 14 come ancora assolviamo tanto le dette comunità; quanto il Nostro tribunale delle strade dall' obbligo di restituire al monte di Pietà li scudi 44780. per le prestanze fruttifere, e loro rispettivi frutti decorsi, e non pagati; intendendo Noi, che questa graziosa assoluzione, che facciamo in sollievo delle comunità, si abbia come un pagamento, e saldo già fatto dalle comunità medesime. Vogliamo inoltre, che tutto ciò, che potrete minorare dal credito dei fabbricatori nella finale liquidazione dei loro conti, avuti in vista quegli obblighi, che non avessero adempiti, e quei patti, che non avessero mantenuti a tutto marzo 1801., in cui spirò al tribunale delle strade la giurisdizione nelle provincie, a tenore dell' articolo 28. della Nostra costituzione = *Post diuturnas = de publicæ æconomice administratione, et administratoribus* = ceda fin da ora in sgravio delle comunità. Diamo perciò, e concediamo a voi la facoltà di fare qualunque ispezione, anche con l' opera dei periti, liquidando senza strepito, e figura di giudizio li crediti residuali di essi fabbricatori, ed appaltatori di strade a tutto marzo 1801., e riducendoli a quella somma, che riputarete concorde con l' equità, e con la giustizia, togliendo Noi a ciascheduno di loro il diritto di reclamare, o di ricorrere avanti qualunque altro giudice, o tribunale.

§. 3. E' giusto viceversa, che le comunità delle sopraccitate provincie alleggerite in oggi dalla maggior parte del peso, avendo ricevuto il vantaggio del rifacimento, e manutenzione delle strade corriere, e provinciali a tutto marzo 1801., concorrono con una tassa finale alla soddisfazione dei creditori residuali. Uniformandoci pertanto al piano da voi già concertato con il cardinal prefetto del Buon Governo, vi diamo la facoltà di are sopra tutte, e singole comunità delle suddette provincie il proposto ripartimento di sc. 38259. 65., intendendo Noi, che detta tassa debba dalli rispettivi magistrati suddividersi sopra a tutti, e singoli possidenti de' terreni, censi, cambj, canoni, noli di case, e magazzini,

molini, valchiere, e di qualunque altro capitale fruttifero, compreso il bestiame d'ogni genere, salve soltanto le arti, e le manifatture. Essendo meno gravoso il peso, quando è sostenuto da una forza superiore, perciò vogliamo, che al pagamento di detta tassa ugualmente concorrino li possidenti laici, ed ecclesiastici, quantunque privilegiati, non esclusa la Nostra camera, il sagro palazzo apostolico, le comunità, gli enfiteusi camerari, e comunitativi, li baroni, la religione di Malta, il s. Ufficio, la s. casa di Loreto, gli eminentissimi cardinali, arcivescovi, vescovi, spedali, e qualunque altro capitalista, che degno fosse di specifica menzione. Vogliamo inoltre, che questa tassa debba pagarsi per anni sei solamente, e che questi abbiano a cominciare dal primo di ottobre prossimo, dando a voi la facoltà di commetterne l' esigenza agli amministratori camerari delle suddette provincie di tre in tre mesi, e con quelle regole, e cautele, che si usano dalla Nostra congregazione del Buon Governo nel dipartimento delle strade, per non moltiplicare il numero delli commissari, con l' arbitrio di aumentare loro anche la provisione per l' obbligo, che ad essi ingiungerete di far pervenire in Roma il prodotto della tassa imposta, quale erogherete nella parziale soddisfazione de' surriferiti creditori: perlocchè farete voi tenere una legale, e dettagliata scrittura, per estrarne l' annuale bilancio da esibirsi da voi stesso, e dalli vostri successori alla piena camera nel modo, e forma prescritta nella citata costituzione = *Post diuturnas* = Intendiamo finalmente, che le comunità delle stesse provincie restino pienamente assolute da ogni, e qualunque altro debito, che potessero avere a favore del Nostro tribunale delle strade anche per li residui delle tasse fisse, e straordinarie a tutto marzo 1801., e che per questa causa non ulteriormente molestate da esso tribunale, fabbricatori, appaltatori, loro giratarj, e commissarij; volendo Noi, che qualunque debito addietrato rimanga ipso facto risoluto, ed estinto in forza del presente piano riconciliativo, al quale darete pronta esecuzione, essendo questa la sovrana, ed espressa Nostra intenzione.

De iis qui aēs
alienum di-
mittere tenen-
tur, et quomo-
do sit curan-
da pecunia-
rum exactio.

Clausulae salu-
tares, et irri-
tantes, cum
derogatione
contrahitorum.

§. 4. Volendo, e decretando, che al presente Nostro chirografo, benchè non esibito, nè registrato in camera e nei suoi libri, non possa mai darsi, nè opporsi di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè, che mai sotto tali, o altri pretesti possa essere impugnato, moderato, e rivotato; e che così, e non altrimenti debba giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualsisia giudice, e tribunale, benchè collegiale, congregazioni anche di reverendissimi cardinali, camerlengo di s. Chiesa, tesoriere, rota, camera, e qualunque altro, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di giudicare, definire, ed interpretare in contrario. Dichiarando Noi preventivamente nullo, ed invalido tuttociò, che da cadauno di essi con qualsivoglia autorità, scientemente, o ignorantemente fosse giudicato, o si tentasse giudicare contro la forma, e disposizione del presente Nostro chirografo quale vogliamo, che in tutto il corso del sessennio, e sino alla finale soddisfazione dei surriferiti creditori abbia, e debba avere il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, ancorchè non vi siano stati chiamati, sentiti, o citati il commissario della Nostra camera, o altri che avessero in ciò, o pretendessero avere qualunque interesse, non ostante la bolla del Nostro predecessore Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancellaria *de iure quæsito non tollendo*, la Nostra costituzione = *Post diuturnas* =, il Nostro moto proprio sul nuovo sistema daziale, e qualsisia costituzione, ed ordinazione apostolica Nostra, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, supplendo colla pienezza della Nostra suprema potestà pontificia ad ogni vizio, e difetto, quatanque sostanziale, o formale, che vi potesse intervenire per questa sola volta per il solo importantissimo oggetto del rifacimento, e manutenzione delle strade corriere, e provinciali, per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nel

presente Nostro chirografo ampiamente ed in ogni più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico di Monte Cavallo questo di 8. settembre 1802.

PIUS PP. VII.

CLX.

Facultas præposito et canonicis collegiatæ s. Blasij Finarii Savonensis diœcesis, ut loco cappæ magnæ nigræ, cappam magnam violaceam gestare possint.

Dilectis filiis præposito, et canonicis ecclesiæ insignis assertæ s. Blasij oppidi civitatis nuncupati Finarii Savonensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecistis, quod dudum vobis sub certis modo, et forma tunc expressis auctoritate apostolica concessimus, ut vos in choro, et aliis ecclesiasticis functionibus eadem ornamenta, quibus canonici ecclesiæ collegiatæ sanctæ Mariæ de Vineis Januensis civitatis utuntur, cappam magnam nigram, scilicet, supra rocchetum gestare libere, et licite possetis, et varetis, ac alias, prout in Nostris desuper in simili forma brevis die xv. maii anni superioris expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plena, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, vos dictam cappam nigram in violaceam immutare posse plurimum desideretis; Nobis propterea humiliter supplicari fecistis, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignoaremur.

§. 2. Nos igitur amplioris gratiæ, favoribus vos prosequi volentes, ac vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et

Dat. die
14 septembris
1802
anno III.

Expositio præ-
sum.

Tenor conces-
sionis.

quacumque de causa latis, si quas forte incurristis, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, vobis, ac pro tempore in perpetuum existentibus præposito, et canonicis istius collegiatae insignis, ut asseritur, s. Blasii, ut loco cappæ magnæ nigræ prædictæ, quam alias vobis, ut præfertur, deferendam supra rochettum concessimus, eandem cappam magnam violaceam vulgo *di saja payonazza* cum asulis, et globulis sericis cremisini coloris, et cum pellibus armellinis coloris cineracei vulgo *color bigio* hyemali, æstivo autem tempore etiam cappam magnam cum tela serica ejusdem violacei coloris sine dictis pellibus, tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possitis, et valeatis, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, successoresque vestros desuper a quocumque impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariis

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ collegiatae ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta septembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Bull. Rom. Tom. XI, F. 68.

CLXI.

Novæ leges ad ampliandam agrorum culturam, et populi frequentiam pro agro Romano, aliisque locis ditionis pontificiæ latæ.

Dat. die
15 septembris
1802
anne III;

EDITTO

Giuseppe del titolo di s. Pietro in Vincoli prete card. Doria Pamphili della S. R. C. pro-camerlengo.

§. 1. Il vivo impegno dal quale la santità di Nostro Signore Pio pp. VII. è animata per il maggior bene de' suoi amatissimi sudditi, e per cui ha emanati tanti utili provvedimenti, lo ha indotto vieppiù ad occuparsi dell'agricoltura, poichè soltanto dal di lei ingrandimento può derivare l'abbondanza, ed il buon prezzo delle derrate, che sta tanto a cuore di Sua Santità. A tutti in fatti sono noti i molti ragguardevoli incoraggiamenti dati da Sua Beatitudine, tanto per l'avanzamento, e il favore in genere dell'agricoltura dello stato Ecclesiastico, quanto per animarla, e promoverla più particolarmente in quella parte dello stato stesso, in cui per essere essa trascurata, scorgevasi abbisognare di altri più pressanti soccorsi, ed eccitamenti. Ma sopra quest'ultimo punto, il paterno cuore del Santo Padre tanto anzioso del bene non ha saputo contentarsi delle disposizioni, e dei provvedimenti già presi: persuasa Sua Santità, che e l'agro Romano, e la parte incolta, e deserta delle circonvicine provincie, non potranno mai pervenire a quella florida coltivazione che un tempo vantavano tali campagne, se ad imitazione di quelle delle altre più lontane provincie dello stato ecclesiastico, non ritornano ad avere anch'esse dei coltivatori sempre fissi sulla faccia del fondo, ha rivolto al conseguimento di questo interessante oggetto le sue speciali cure: e dopo lunghe considerazioni, con special cedola di moto proprio segnata li 15 settembre corrente ha prescritti su di ciò gli opportuni più adattati provvedimenti, come potrà ognuno meglio rilevare dalla lettura del mede-

Publicatio chi
rographi, cur
ante cardina
li pro-camera
rio facta.

simo moto proprio, che è del tenore seguente, cioè.

Pius PP. VII.

Motu proprio

De præstantia
artis agrariæ.

§. 2. L'agricoltura, da cui soltanto derivano li più necessari prodotti, che alimentano l'uomo non meno, che il maggior numero delle cose, che esigono li bisogni, ed i commodi suoi, e che perciò come è la prima, e la più importante di tutte le arti, così viene a costituire la prima, e vera ricchezza degli stati, ha formato altresì il primo oggetto delle cure del Nostro temporale governo. Noi abbiamo cominciata ogni Nostra operazione economica dal togliere tutti quei vincoli, che da tanto tempo imposti alla interna contrattazione dei grani, e delle altre derrate rendevano onerosa la condizione dell'agricoltore, giacchè eravamo persuasi, che quando non torna in vantaggio la coltivazione, niuna cosa sarebbe atta a stabilirla. Per animare, ed accrescere sempre più l'annua riproduzione, in seguito estendemmo la libertà eziandio al commercio esterno rapporto ai grani, e tutti quegli altri prodotti, che più degli altri interessano la società, ma in modo che per questo non venisse mai ad essere compromesso l'importante oggetto della pubblica sussistenza.

De causis impediens e-
xercitium ar-
tis agrariæ.

§. 3. E in tempo, che Noi levammo questi primarij ostacoli, che col renderne onerosa la condizione del coltivatore tendevano di loro natura a restringere l'attività, e l'industria campestre, non lasciammo di occuparsi a toglierne degli altri, che egualmente pregiudicavano all'interesse dell'agricoltura. La servitù dei pascoli, per cui il proprietario è costretto a lasciare le migliori terre bene spesso incolte, e spogliate: la frequenza dei danni, che per il naturale ferino degli animali, e molto più per la malizia dei loro custodi derivano ai campi ben coltivati: l'incertezza, che attesa la mancanza d'un ufficio d'intavolazione, e di registro, esiste al presente sul proposito dei vincoli, ai quali anteriormente pos-

sono essere soggetti i fondi, e che col difficoltare gli reinvestimenti del denaro sulla semplice ipoteca dei terreni toglie una delle principali risorse, che abbia l'agricoltura per l'aumento dell'annua riproduzione, questi ad altri molti oggetti immediatamente legati col prosperamento dell'industria campestre, anch'essi hanno interessata la Nostra attenzione, e si stanno maturando su di essi gli opportuni più utili regolamenti.

§. 4. Provvedendo però in questa guisa al favore generale dell'agricoltura del Nostro stato, non tralasciammo di occuparsi in particolare di questa parte dello stato stesso, in cui per essere più trascurata scorgevamo abbisognare di altri più pressanti soccorsi ed eccitamenti. L'agro Romano, e le adjacenti provincie un tempo così coltivate, e che anzi si annoveravano fra le regioni le più agricole dell'universo, ma che in oggi si trovano tanto decadute da quella loro antica celebrità, essendo molto meno coltivate di quello, che potrebbero essere, e per la loro naturale fertilità, e per la loro ampiezza, richiamarono in modo speciale le Nostre cure, e la Nostra attenzione. Per raffrenare in esse l'abuso tanto esteso di lasciare abbandonato alla naturale produzione dell'erbe un quantitativo grande di ottime terre, che potrebbero più utilmente impiegarsi nel sostentamento degli uomini, Noi credemmo di ricorrere al poderoso mezzo dei premi, e delle pene, avendo a tale effetto prescritto col moto proprio delli 4. novembre 1801. che tanto nell'agro Romano, quanto in quelle altre parti delle circonvicine provincie, dove alligta, o dove si conoscerà in seguito l'inconveniente indicato, tutti li terreni, che essendo suscettibili di coltivazione si lasciassero abbandonati alla naturale produzione dell'erbe dovessero essere caricati di una sopra tassa di paoli quattro per rubbio, e che all'opposto quelli, i quali verranno seminati, non solo debbano andarne esenti, ma che inoltre debbano conseguire una gratificazione di paoli otto a rubbio.

§. 5. Per assicurar meglio il conseguimento di un così importante articolo abbiamo in seguito raddoppiate tanto la penale, quanto il premio indicato, e non dubitiamo, che un

Memorantur
providentiæ
jam captæ pro
incremento
culturae terra-
rum agri Ro-
mani.

Idem, at. supra

§. 22. Acciò dunque le benefiche providenze ordinate da Sua Beatitudine con il surriferito chirografo abbiano la loro piena esecuzione, e produchino quegli utili effetti, che la Santità Sua si è proposti della conservazione, ed accrescimento dei monumenti, e delle opere antiche, e dell'incoraggiamento, e propagazione delle belle arti, dopo avere analogamente alle facultà nel medesimo accordateci destinato l'ufficio del segretario di camera Francesco Gregorj in Roma, e nelle provincie le rispettive cancellerie dei governatori locali, per ricevere le assegni, ed eseguire tutti quegli atti, che trovansi nel suddetto chirografo prescritti, vogliamo, ed ordiniamo, acciò niuno possa allegare ignoranza delle sovrane disposizioni, che le medesime si deducano a notizia del publico con il presente nostro editto, il quale affisso, e publicato nei luoghi soliti di questa dominante, e delle provincie suddette obbligherà ciascuno nella città medesima, e nello stato come se fosse sta-

to a tutti personalmente intimato, Ed affinché in avvenire possa egualmente essere a notizia di tutti, nè possa mai in tempo alcuno allegarsene ignoranza, ordiniamo, che lo stesso editto si tenga, e conservi perpetuamente affisso presso il suddetto segretario di camera in Roma; e nello stato presso le dette cancellerie, rendendone responsabile non solo i cancellieri; ma anche i rispettivi governatori delle città, e paesi. Avverta pertanto ognuno di uniformarsi esattamente alle prescrizioni ordinate nel preinserto chirografo, e publicate con il presente Nostro editto: giacchè contra quelli, che contravverranno, si procederà irremissibilmente alla esecuzione delle pene nel medesimo contenute. Dato in camera apostolica questo dì 2. ottobre 1802.

G. card. Doria Pamphilj pro-camerlengo

P. Ferrari uditore

Giuseppe Pecci commissario generale della R.C.A.

Francesco Gregorj seg. e cancel. della R.C.A.



Dat. die
1 octobris
1802
anno III.

CLXVII.

Damnatio consecrationis factæ in personam Joannis Nieuwenhuys a pseudo archiepiscopo Ultrajectino.

Dilectis filii universis catholicis in Batava republica commorantibus.

Pius PP. VII.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Memoratur
prima damnatio
pseudo archiepiscopi
Ultrajectini
decreta a Pio
PP. VI.

§. 1. **D**um, urgente universi Dominici gregis sollicitudine, pro pastorali officio Nostro, nihil majori studio contendimus, quam ut Ecclesie Catholice unitas, quæ summum in discrimen vocatur, firma atque incolumis ubique conservetur, vehementer animum Nostrum perturbant ex literæ, quæ, perseverante apud vos luctuoso schismate, isthinc ad Nos fuerunt allatæ. Idem ille Jacobus Van-Rhyn, quem Pius VI. fel. rec. decessor Noster per apostolicas literas datas die xxvi augusti anno MDCCXCVII canonicis penis obnoxium sacris interdixit, atque ecclesie communionem privatam, vitandumque declaravit, quod nullo jure, contra hujus apostolicæ Sedis decreta eligi, ac consecrari pseudo-archiepiscopus Ultrajectensis non reformidaverit, nova iterum prodidit exempla obstinatæ pertinaciæ suæ. Perjude quasi sacrilega ejus electio, ac ementita jurisdictio gravissimis illis apostolicæ Sedis decretis, quibus ei omne exercitium eorum, quæ ordinis ac jurisdictionis sunt, interdicebatur, fuissent confirmatæ, arrogato sibi metropolitanæ nuspam existentis jure, significavit Nobis, se, vacante Sede Harlemensi, ob decessum Adriani Joannis Broekman pseudo-suffraganei sui (quod capitulares illi novum episcopum, sic enim scripsit, in defuncti locum eligere neglexerint) jure devolutionis Joannem Nieuwenhuys elegisse, ac specie quadam submissionis huic apostolicæ Sedi simulata, quo tempore idem novo ac aperto pertinaciæ documento palam faciebat eam omnem excussisse, petiit a Nobis non solum ut eam electionem ratam faceremus, verum etiam ut electum consecrari a se, assistente uno

tantum episcopo, atque etiam sine nullo episcopo permetteremus.

§. 2. Gravissimo dolore effecti fuimus, dilecti filii, hujusmodi literis acceptis. Nam cum ad tollendum tandem aliquando luctuosissimum schisma nihil vehementius optarem, quam certa sinceræ resipiscentiæ, atque obedientiæ documenta accipere ab iis, qui in eo tamdiu tamque obfirmato animo perseverant, illud contra vota Nostra cognovimus, nec eos a via perditionis deflectere velle, nec Nos in canonica pœna iisdem infligenda a pristino Ecclesie more posse discedere. Ad consueta itaque remedia jam venire parabamus, quæ pontifices prædecessores Nostri semper contra homines hujusmodi adhibuerunt, ut qui in fide Ecclesie permanent, horum simulationes, atque artificia possent præcavere: cum ecce alteræ ad Nos literæ ab ipso Joanne Nieuwenhuys haud absimiles superioribus, quibus et is simulata verbo ea Ecclesie submissione, quam reapse nullam se habere apertissime declarat, illud Nos docet, se non solum ab Joanne Van-Ryn asserto archiepiscopo Ultrajectino consecratum fuisse, sed etiam nullo episcopo assistente, contra ea, quæ in pontificali Romano juxta sacros canones præscripta sunt, consecrationem suam ab eodem fuisse peractam. Atque ut culpam in culpa cognoscamus, exemplum etiam fidei professionis a se emissæ adjicit, quam juxta formulam a Pio IV. fel. rec. prædecessore Nostro præscriptam pronuciavit, omisso tamen verbo *juro*, quod bis in illa formula continetur.

§. 3. Non opus est Nobis, dilecti filii, docere vos quantum criminis tum hæc electio, tum hæc consecratio habeant; non enim nunc primum hæc monstra fiunt in regionibus istis, ad experimentum fidei, ac religionis vestræ; nec ii estis vos, qui cum qua ratione res hæc tota se habuerit, intellexeritis, non illud etiam intelligatis omnia hæc contra Ecclesie leges, nulla legitima auctoritate, adeoque illicitè, sacrilegè ab utroque esse facta. Verum ne si in re tanti momenti taceamus, quispiam rerum ignarus putare possit, jure aliquo fieri ab iis potuisse ea, quæ contra omnes Ecclesie leges commissa sunt, ac probari silentio Nostro eos

Nova sacrilega consecratio ab eodem expleta refertur.

Damnatio electionis, et consecrationis cum poenarum inflictione.

cum Catholica Ecclesia communicare, decessorum Nostrorum exemplis inherentes, apostolici iudicii Nostri auctoritate declaramus, tam electionem Joannis Nieuwenhuys in episcopum Harlemensem illicitam, irritam, atque adeo nullam, quam ejusdem consecrationem illegitimam, sacrilegam, ac contra sanctissimas Romanæ Ecclesiæ sanctiones esse, ac proinde tam Joannem Jacobum Van-Ryn electorem, quam Joannem Nieuwenhuys, ac cæteros omnes, qui partem aliquam in sacrilega hac electione, ac consecratione habuerunt, iisque opem, operam, consensum, consilium quomodolibet præbuerunt, excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communione segregatos, et tamquam schismaticos habendos, et vitandos esse pronunciamus, constituimus, et mandamus: eandemque Joannem Nieuwenhuys temere nulloque jure electum, illicite, ac sacrilege consecratum, omni ecclesiastica, et spiritali jurisdictione ad animarum regimen carere declaramus. Edicimus præterea sub pœna excommunicationis ipso facto, ac sine ulla declaratione incurrendæ, ne is audeat jurisdictionem ullam sibi arrogare, vel dimissoriales literas pro suscipiendis ordinibus dare, pastores, missionarios, ministros, aut alios quocumque nomine nuncupatos ad animarum curam, et sacramentorum administrationem, quovis etiam necessitatis prætextu constituere, ac deputare; declarantes præterea omnes, et singulas horum officiorum deputaciones pro animarum regimine quocumque nomine jam factas, aut fortasse faciendas cum omnibus inde secutis prorsus irritas esse, ac nullius roboris et momenti. Item eidem Joanni Nieuwenhuys præcipimus, sub simili excommunicationis pœna, ne audeat unquam chrisma conficere, virgines consecrare, confirmationis sacramentum, aut ordines conferre, aut ullo modo ordinem episcopalem, a quo prorsus suspensus est, exercere. Declarantes insuper illicitos, nefarios, sacrilegos omnes et singulos alios actus ordinis, quos attentare præsumpserit. Qui vero ab eo ecclesiasticis ordinibus initiati fuerint, noveriat suspensionis vinculo se obstrictos, atque irregularitati propterea obnoxios, si eosdem exercuerint.

§. 4. Vos vero, dilecti filii, quo studio ab hujusmodi hominibus cavebitis, quo cum ab Ecclesia desciverint, nihil cupidius expetunt, quam ut quanto plures possunt simulatione, ac dolo deceptos sacrilegæ defectionis sibi socios adjungant, eodem Deum patrem luminum, ac misericordiarum indesinenter rogabitis, ne patiatur tam multorum animas, pro quibus unigenitus ejus filius Dominus Noster Jesus Christus pretiosissimum sanguinem suum effundere non recusavit, pertinacia sua fructibus ejus redemptionis carere, qua salus humani generis parta ac constituta est; sed obcæcatas mentes eorum illustret, cor lapideum molliat, ut agnoscentes tandem aliquando quanto in errore versentur, ac quid timere sibi debeant ii, qui a soliditate petræ defecerunt, quid vero sperare, qui in ea fidenter permagent, a perditionis via discedant, Ecclesiæ auctoritatem non verbo tantum, ut solent, sed re etiam se revereri ostendant, ejus jussa docili, atque obsequenti animo facessant, veniam implorent. Nihil enim optatius accidere Ecclesiæ poterit, quam manus supplicatibus porrigere, nihil jucundius Nobis, quam eos ad osculum pacis amanter admittere. Quæ gaudia Nos Ecclesiæ, Nobisque ex animo a Deo apprecantes, vobis, dilecti filii, apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima octobris MDCCCII. pontificatus Nostri anno tertio.

Monitum ad episcopos; et archiepiscopos, ut pro reorum conversione supplices ad Deum preces effundant.



Dat. die
6 octobris
1802
anno III.

CLXVIII

Confirmatio decreti commissarii generalis ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia, quo Turritana provincia in duplicem custodiam dividitur.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **P**astoralis Nostra, et paterna sollicitudo postulat, ut religiosarum familiarum quietem, et tranquillitatem, quantum in Nobis est, tueamur, atque ea avertamus, quæ discordias, et controversias excitare possunt, quo sublatis dissidiis, ipsæ familiæ unanimi consensu, et mutua charitate devinctæ pastori æterno jugiter famulari, suarumque virtutum splendore omnibus, qui in domo sunt, præluce valeant. Quam ob rem si quando familiarum hujusmodi superiores ad exortas controversias componendas quidquam provide, sapienterque constituunt, Nos libenter eorum decreta auctoritate Nostra firmare solemus.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Sechi fratrum ordinis minorum s. Francisci de observantia nuncupatorum professor, et actualis defensor provincie Turritanae s. Mariæ Gratiarum in Sardinia, quod ipse per discretorium, et defensorium ipsius provincie ad dilectum filium moderum commissarium generale dicti ordinis expresse missus est, ut ad concordiam magis in memorata provincia stabilendam ab eodem commissario decretum obtineret tenoris sequentis videlicet.

Fr. Hilarius De Montemagoo

Ordinis minorum S. P. N. Francisci lector jubilatus, coram summo pontifice episcoporum examinator, et in universa Cismontana familia tam observantium, quam reformatorum commissarius generalis, visitator, reformator apostolicus, et in Domino servus.

Tenor decreti

§. 3. Cum ad firmiter constabillendam in provincia nostra observantia Turritana s. Mariæ Gratiarum

Sardinie tranquillitatem, et pacem, nec non magis, magisque inibi conservendam, promovendamque regularem observantiam, et disciplinam, Nos ipsi existimemus in Domino maxime conducere, quam Nobis considerandam, atque probandam per supplicem libellum propria singulorum manu obsignatum nuper exhibuerunt defensorii, et discretorii patres, provincie ejusdem partitionem in duplicem custodiam Saxaris nimirum, et Algerii, cui debita respondeat in cunctis primariis provincie officis alternativa; Nos Deum, tantumque provincie bonum præ oculis unice habentes approbandam censemus, et de facto approbamus, vigore præsentis decreti auctoritate apostolica editi, prædictas provincie partitionem in duplicem Saxaris et Algerii custodiam, nec non alternativam sub modis, et formis sequentibus, in posterum perpetuo servandis sub pœna nullitatis cujuscumque attentati contrarii. Videlicet bipartita provincia in custodiam Saxaris, et Algerii, alternativa deinceps inviolabiliter observabitur in provincialatu, custodiatu, et defensoriata ita, ut ex una custodia eligatur provincialis cum duobus defensoriatis, dum custos cum aliis duobus defensoribus eligatur ex alia, et viceversa ex hac dein eligatur provincialis cum duobus defensoribus, dum ex illa eligatur cum duobus reliquis defensoribus, custos, et sic alternando in perpetuum, quæque alternativa initium sumet in primo proximiori capitulo, quando minister provincialis cum duobus defensoribus eligatur à custodia Saxaris, ceu dignore.

§. 4. Quælibet autem custodia sex numerabit conventus, quibus præerunt guardiani, et vicarii ex eadem selecti, nimirum custodia Saxaris numerabit conventus s. Petri apostoli ejusdem urbis, s. Francisci Itari Canedis, s. Mariæ Angelorum Padricæ, s. Mariæ Angelorum Santuluxurgie, s. Pauli Noori, et s. Antonii Bonorvæ. Custodia vero Algerii numerabit conventus s. Mariæ Misericordie ejusdem civitatis, s. Mariæ Isiricæ Sorsii, s. Bonaventuræ Nulfi, s. Francisci Templi, s. Francisci Ozerii, et s. Joannis Baptistæ Orani.

De conventibus singulis custodiis ad signandis.

§. 5. In uno tantum utriusque custodie conventu semper existet novitiatus, vel si multiplicandus erit

De novitiatu in uno tantum conventu erigendo.

in una custodia (servatis servadis) multiplicabitur et in alia. Nec provincialis pro tempore poterit admittere ad habitum, et probationem plures juvenes, sive pro clericis, sive pro laicis, ex una, quam ex altera custodia, sed semper servabitur æqualitas in numero.

De electione professorum ad cathedras.

§. 6. Item cathedræ tum philosophiæ, cum theologiæ, cum respectivis lectoribus instituentur semper in utraque custodia ad paritatem, et hoc idem dicendum de annalistis, et concionatoribus.

De alternativa servanda in electione patris commissarii.

§. 7. Tandem alternativa servabitur etiam circa p. commissarium terræ sanctæ, quatenus nimirum actuali, quacumque de causa cessanti, alter succedet alterius custodia.

De officiis minoribus.

§. 8. In reliquis autem minoribus officiis, et ministeriis nihil novi decernitur, sed tantum statuitur hec ad calcem, non esse licitum provinciæ patribus ex propria custodia transire ad conventum principalem alterius custodiae, et ibidem domicilium sumere; id enim vetat nimium gravamen, quod præfato conventui alias ipsi afferre deprehenduntur.

Præceptum de obediendo.

§. 9. Præcipimus autem per sanctam obedientiam, sub pœna privationis officiorum, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, omnibus, et singulis præfate nostræ provinciæ patribus, ac fratribus, quatenus hoc nostrum apostolicum decretum, portans ut petet legitimam provinciæ partitionem in duplicem custodiam, nec non congruam alternativam, ac reliqua præsignata, admittere, exequi, et servare absque ulla hæsitatione teneantur.

Datum Romæ ex Araceli die vicesima secunda septembris, millesimo octingentesimo secundo.

Fr. Hilarius de Monte Magno commissarius generalis.

De mandato reverendissimi in Christo patris

Loco ✕ signi

Fr. Joseph Andreoli a Cerreto pro sec. generalis

Confirmatio apostolica.

§. 10. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, dictus exponens, quo præinsertum decretum firmius substat, et servetur exactius

Bull. Rom. Tom. XI. F. 69.

apostolicæ Nostræ confirmationis subsidio muniri summopere desideret; Nos ipsum exponentem, nec non discretorium et definitorium hujusmodi specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, idem decretum, et singula in eo contenta auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis, ac perpetuæ apostolicæ firmitatis robor adiciamus, atque omnes, et singulos juris, et facti, si qui desuper quomodolibet in eo intervenerint defectus supplemus, et sanamus.

§. 11. Decernentes ipsas præsentis litteras firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla-
ta et decre-
tum irritans.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et provinciæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,

Derogatio con-
trariorum.

illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die sexta octobris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die
10 octobris
1802
anno III.

CLXIX.

Suppressio oppidi civitatis nuncupati Oliventia cum toto suo territorio, suisque dependentiis annexis, et connexis a jurisdictione spirituali episcopi Elvensis, ejusdemque oppidi, atque annexorum unio et subiectio spirituali jurisdictioni episcopi Pacensis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **E**ximia catholicorum principum reverentia, et devotio, qua in hanc divi Petri cathedram se gerunt, ita excitant cor Nostrum, ut ea, quæ ab ipsis pie, religioseque petuntur, apostolica benignitate excipere impellamus, prout tantorum principum ad id exigunt preces, et apostolicæ Sedis ad eas gratas habeandas convenit inclinatio.

Ratio decernendæ segregationis, et respectivæ unionis.

§. 2. Cum itaque Nobis significaverit carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, quod vigore concordatorum inter ipsum ex una, et dilectissimum in Christo filium Nostrum Joannem principem regnorum Portugalliæ et Algarbiorum regentem ex altera partibus, sub die sexta mensis junii proxime præteriti anni Domini millesimi octingentesimi primi initiorum, eorundem respective regnorum confines ad Anæ, vulgo Guadianæ, fluminis ripas, fuerint designati, itaut oppidum civitas nuncupatum Oliventia, totumque suum territorium cum omnibus, et singulis dependentiis, et annexis in diocesi Elvensi alias sub fidelissimorum regum dominio existens, nunc vigore concordatorum hu-

justmodi in ejusdem Caroli regis catholici ditionem in posterum transierit. Cumque propterea eidem Carolo regi opportunum esse videatur, ut omnes, et singuli habitatores, tam præfati oppidi, quam aliorum locorum in hujusmodi territorio existentium, omnes tam ecclesiasticæ, quam laicæ personæ in illo, seu illis degentes, illius episcopi spirituali jurisdictioni subiecti existant, qui eodem in regno commoratur, cujus temporali dominio ad præsens incorporantur. Ideoque prædictus Carolus rex noscens quod si oppidum præfatum, totumque territorium hujusmodi ab ecclesia, et diocesi Elvensi, illiusque præsulis pro tempore existentis ordinaria jurisdictione sua cum suis dependentiis annexis, et connexis, juribus, redditibus, et proventibus etiam ad episcopalem ecclesiam Elvensem antea quomodolibet pertinentibus, ut infra sejungerentur, et separarentur, illique sic sejuncti, et separati, diocesi Pacensi, ac spirituali jurisdictioni episcopi Pacensis per Nos, et Sedem apostolicam, ut infra unirentur, incorporarentur, et submitterentur, et hoc profectio personarum tam ecclesiasticarum, quam laicarum, in territorio hujusmodi degentium quieti, et tranquillitati, animarumque etiam salutis opportune consuleretur.

§. 3. Nos igitur ipsius Caroli regis Nobis ad id porrectis votis, et apostolicæ Sedis indulgentia benigne annuere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, oppidum prædictum, totumque territorium hujusmodi, omniaque in eo contenta loca, et in illis respective consistentes ecclesias etiam parochiales, ac monasteria, conventus, et beneficia, ac jura, nec non cujuscumque generis redditus, proventus, et emolumenta quæcumque, tam ecclesiæ sive episcopali mensæ, aut ipsi pro tempore existenti Elvensi episcopo, et illo, seu illis quomodolibet spectantia, et pertinentia, nec non etiam utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque, et cujuscumque etiam status, gradus, ordinis, et conditionis existant, ab ordinaria venerabilis fratris Nostri moderni, ac di-

Tenor decretæ dismembrationis, et successivæ unionis.

lectorum etiam filiorum modernorum, ac pro tempore existentium episcopi, ac capituli, et canonicorum dictæ ecclesiæ Elvensis jurisdictione, potestate, et superioritate, etiamsi præfati episcopi ad hoc minime accedat assensus, cui Nos ad effectum præmissum motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, apostolica auctoritate supplementum, eadem apostolica auctoritate dismembramus, disjungimus, ac separamus, nec non integrum territorium supradictum sic dismembratum, sejunctum, et separatum, ac in eo consistentia loca, ecclesias, etiam parochiales, conventus, monasteria, et beneficia, ac superius expressa jura, et cujuscumque generis, speciei, et qualitatis redditus, proventus, ac emolumenta quæcumque, ut præfertur, tam ecclesiæ, sive episcopali mensæ, aut ipsi pro tempore existenti episcopo Elvensi quomodolibet spectantia, et pertinentia, omnesque, et singulas tam laicas, quam ecclesiasticas utriusque sexus personas, episcopali ecclesiæ, et diœcesi Pacensi dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo adjungimus, et incorporamus, ac omnimodæ jurisdictioni, superioritati, visitationi, et correctioni ipsius moderati, et pro tempore existentis episcopi Pacensis, ita quod liceat ei per se, vel alium, seu alios ejus nomine in supradicto oppido, aliisque totius territorii præfati locis, ac in eis contentis ecclesiis, et monasteriis, eorumque pertinentiis, juribus, et annexis præfatis veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani, propria auctoritate libere apprehendere, cujusvis licentiæ desuper minime requisita, apostolica auctoritate præfata, tenore præsentium etiam perpetuo supponimus, atque subjicimus.

Submovetur
omne reme-
dium juris,
quod facere
posset pro im-
pendenda ex-
ecutione præ-
sentium litera-
rum.

§. 4. Præsentibus quoque, et in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet in præmissis, seu in eorum aliquo jus, aut interesse habentes, vel habere prætendentes etiam quomodolibet in futurum, cujusvis status, gradus, ordinis, præeminentiæ, et ecclesiasticæ, vel mundanæ dignitatis sint, etiam specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consense-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 69.

rint, seu quod aliqui ex ipsis ad præmissa minime vocati, vel etiam nullimode, aut non satis, vel sufficienter auditi fuerint, aut ex alia quolibet etiam juridica, et privilegiata, ac privilegiatissima causa, de necessitate juris, vel facti omnino exprimenda de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio etiam magno, et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, vel alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem præfatam, seu S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et vice legatos, dictæque Sedis nuncios, vel quosvis alios quavis auctoritate fungentes, suspendi, revocari, restringi, limitari, aut alias etiam motu pari concedi, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus unquam posse, sed eas semper, et perpetuo validas et efficaces existere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere; sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, ac præfatos S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios præfatos, et quosvis alios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et potestate, judicari, et definiti debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

§. 5. Non obstantibus de jure quesito non tollendo, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regula nec non, quatenus opus sit, Lateranensis concilii novissime celebrati, dismembrationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus; vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque Elvensis, et Pacensis respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan

Derogatio con-
trariorum.

concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, expressa, et indivisa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, et causas etiam quantumvis pias, et privilegiatas, presentibus pro plene et sufficienter, ac de verbo ad verbum nihil penitus omissis, insertis, expressis, ac specificatis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide, hac vice dumtaxat ad præmissorum validissimum effectum, specialiter, et expresse motu simili harum quoque serie derogamus, ac sufficienter derogatum esse, et censeri etiam decernimus, contrariis quibuscumque.

Deputatio executoris apostolici.

§. 6. In executorem vero presentium Nostrarum literarum deputamus dilectum filium Nostrum, et Sedis apostolicæ nuncium in Hispaniarum regnis commorantem, cum potestate quamcumque aliam idoneam personam in ecclesiastica dignitate constitutam subdelegandi, et cum omnibus, et singulis facultatibus ad præmissorum omnium plenarium effectum necessariis, et opportunis.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, disjunctionis, separationis, adjunctionis, unionis, incorporationis, subjectionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo secundo, sexto idus octobris pontificatus Nostri anno tertio.

CLXX.

Dat. die
19 novembri
1822
anno III.

Approbatio articulorum cum insertione instantibus sutoribus civitatis Eugubinae.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii sutores Eugubinae civitatis, quod ipsi, ut asserunt, quum alias sub uno artis corpore consociati universitatem formarent, mox tamen ut prodit edictum motus proprii Nostri, quo cunctas universitates artium jussimus aboleri, suæ universitatis corpus tamquam dissolutum, ac de medio sublatum omnes deseruerunt, verum ad provisionem rerum administrationem nonnulli relictis sunt, quos demandatam ante abolitionem rebus ipsis gerendis recensita præfecerat universitas, utpote quæ bona possidebat non pauca empta, et acquisita ex donis, oblationibusque longo sæculorum spatio per quamplures sutores ultro porrectis, redditusque honorum hujusmodi impendebat ad fructus censuum solvendos, ad collabentes fundos reparandos et conservandos, ad onerum cameralium ac communitativorum satisfactionem, ad hospitale peregrinorum, aliasque annuas pias causas: quumque exponētibus valde sit cordi ea perpetuo tueri, quæ religionem, et pietatem respiciunt, quorumque curæ per §. 4. dicti motus proprii indulgetur huc ipsi idcirco animum intenderunt, novamque excogitarunt rerum dispositionem, quæ eidem motui proprio nullatenus, ut inquiunt, adversatur, quæque digesta, ac explanata est prout sequitur.

Expositio præcedens.

NUOVO PIANO

Tenor novarum dispositionum a auctoribus digestarum.

§. 2. Per l'amministrazione dei beni de' calzolari di Gubbio a tenore del moto proprio di Nostro signore papa Pio VII. felicemente regnante.

I.

Quod bona universitatis pertineant ad cappellaniam erectam in altare Pietatis.

§. 3. Tutti i beni spettanti all'estinta università de' calzolari di Gubbio saranno di proprietà perpetua della cappella laicale, ed altare del santissimo Crocifisso, o sia della Pietà, da due secoli eretta dai medesimi calzolari nella chiesa de' padri Minori Conventuali della stessa città.

II.

Quod cappella evadat juris patronatus artificum sutorum.

§. 4. La medesima cappella, ed altare sarà di perpetuo gius padronato degli artieri calzolari della medesima città.

III.

Quod cappella recipiatur sub protectione cardinalis eligendi.

§. 5. Questa cappella, ed altare rimarrà sotto l'immediata protezione dell' eminentissimo cardinale Gio: Francesco Albani, già protettore dell'arte de' calzolari, dopo la di cui morte, che Iddio tenga lontana, passerà sotto altro eminentissimo cardinale da eleggersi in protettore degli stessi calzolari.

IV.

Quod administratio honorum perficiatur a duobus prioribus.

§. 6. L'amministrazione de' medesimi beni si farà da due priori, un ministro, e depositario, da eleggersi di anno in anno dagli stessi calzolari per il primo di novembre.

V.

Quod administratores teneantur reddere rationem administrationis.

§. 7. Che i suddetti priori, e ministro, in fin d'ogni anno, debbano rendere esatto conto dell'entrate, ed esito, e di ciò debbasi formar tabella da presentarsi all' eminentissimo protettore, onde ottenere la necessaria approvazione.

VI.

Quod depositarius mercedem habeat in scutis octo annuis.

§. 8. Il ministro, e depositario debba avere il solito emolumento di scudi otto grossi annualmente.

VII.

§. 9. Il frutto annuo del censo in sorte di scudi cinquecento imposto da questo spedale grande di Gubbio a favore de' calzolari debba presentarsi ogni anno in perpetuo alla reverenda camera apostolica, che diverrà proprietaria anche dell' intiera sorte di detto censo nel momento della nuova amministrazione.

Quod fructus census solvendi ab hospitali magno civitatis Gubii cedant in commodum camerae apostolicae.

VIII.

§. 10. Dovrà impiegarsi una somma corrispondente al bisogno del mantenimento de' fondi di anno in anno, e loro necessari buonifici.

Quod bona debeant exacte manuteneri.

IX.

§. 11. Verranno soddisfatte le gravanze alla camera apostolica, e comunità.

Quod onera camerae erunt solvenda.

X.

§. 12. Altra somma si eroghi in pagamento de' frutti de' censi passivi.

Item et fructus census.

XI.

§. 13. Scudi cinquanta s'impieghino per la solita festa di s. Grispingo, e suo consecutivo officio pe' defonti calzolari.

Quod scuta quinquaginta erogentur in festo protectoris.

XII.

§. 14. Nella detta festa si conferirà una dote di scudi sedici ad una zitella figlia di un artiere calzolaro, secondo il solito.

Quod dos in festo protectoris detur uni filiae sutoris.

XIII.

§. 15. Ai pp. Conventuali di s. Francesco si daranno le solite mine sei grano, some quattro mosto, e paoli venti annualmente.

Quod patribus Conventualibus solitae consuetudine oblationes.

XIV.

§. 16. Alli pp. mendicanti, si passerà la solita limosina di paoli trenta all'anno.

Et patribus mendicantibus consuetudine elemosinae.

XV.

§. 17. Sarà proveduta sempre la stessa cappella de' necessari suppelletili, cera, ed olio.

De suppellectili praebenda.

XVI.

De cereis mit-
tendis in proces-
sionibus sta-
tutis.

§. 18. Continueranno a mandarsi i soliti doppiieri alle pubbliche processioni, e v'interyeranno i calzolari a quella di s. Ubaldo, s. Giovanni, e Corpus Domini.

XVII.

De associatio-
ne mortuorum

§. 19. Ogni defonto calzolaro sarà associato secondo il solito dagli altri artieri al tumulo innanzi la divisata loro cappella con i consueti suffragi.

XVIII.

De frumento
pauperibus
dando.

§. 20. Si spianeranno mine quindici grano, da distribuirsi in tanto pane a poveri nel dì di s. Grispio.

XIX.

De manuten-
tione hospita-
lis.

§. 21. L'ospedale dell' arte dovrà mantenersi secondo il solito, di pagliacci, coperte, e biancheria.

XX.

De conferen-
tiis sutorum in
loco sacro fa-
ciendis.

§. 22. L'adunanze de' calzolari si faranno nella sagrestia de pp. Minori Conventuali al novembre, e maggio, ed i priori, e depositario dureranno ad annum.

XXI.

De erogatione
redditum sup-
perextantium.

§. 23. Se vi saranno avanzi nelle rendite dovranno impiegarsi in estinzione di debiti ed in mantenimento de' poveri artieri calzolari vecchi, ed invalidi.

XXII.

De oblatione
facienda eccl-
iae s. Ubaldi.

§. 24. Nell'anno santo ossia ogni 25. anni si darà la solita offerta alla chiesa di s. Ubaldo, per mantenimento della medesima nella somma di scudi 100 per essere il lodato santo protettore di Gabbio.

Confirmatio
apostolica

§. 25. Quo autem præinserta hæc capitula, seu articuli firmiter subsistant, optatumque sortiantur effectum, ea exponentes per Nos rata, ac valida haberi, et declarari summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerant, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica digna-

remur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, auctoritate apostolica tenore præsentium omnia, et singula superius descripta capitula seu articulos, tamen, ut præfertur, cum dicto motu proprio non sint repugnantia, approbamus, et confirmamus, illisque robur apostolica firmitatis adijcimus, ac cunctos juris, et facti defectus, si quos quomodolibet desuper intervenisse contigerit, plenarie sanamus atque supplemus.

§. 26. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ac spectabit pro tempore in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 27. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præter protectorem S. R. E. cardinalem sit etiam convisitor in præmissis ordinarius loci pro tempore juxta eandem methodum vigentem ad præsens penes laicalem sodalitatem Eugubii, quæ dicitur de Misericordia. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris di decima nona novembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
trariarum.

Dat. die
19 novembris
1802
anno III.

CLXXI.

Facultas vexillario, et antianis reipublicæ Lucanæ vendendi bona stabilia ex bonis consistorialibus pro summa circiter scutorum 66000. cum licentia annuam taxam constituendi scutorum 3000. super universa bona ecclesiastica tamdiu duratura, quam diu res ecclesiasticæ fuerint ibi in integrum restitutæ.

Pius PP. VII.

Venerabili fratri Philippo
archiepiscopo Lucano.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem

Expositio pre-
sunt.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii vexillarius, et antiani reipublicæ Lucanæ, quod jam ab anno MDCCXCVIII. ex publico dictæ civitatis ærario summam sex, et sexaginta circiter mille scutorum monetæ Romanæ persolvi necesse fuit ad liberanda beneficia consistorialia nuncupata in ejusdem civitatis territorio existentia ab eorum occupatione. Cum autem sicut in eadem expositione additum erat, publicæ ipsius civitatis res ita ad incitas successive redactæ sint, ut sine ulteriori mora eandem pecuniæ vim eidem ærario rependi omnino oporteat, ideo per Nos, et hanc apostolicam Sedem concedi desiderant, ut tot bona hujusmodi consistorialia vendantur, quot satis erunt ad impensam pecuniam æquiparandam, ut in re tam gravi ea, qua par est maturitate, procederemus, preces hujusmodi suffragio etiam tuo suffultas expendendas commisimus peculiari nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium ad id specialiter deputatæ congregationi, quæ ad evitandam, quo fieri posset modo, bonorum hujusmodi venditionem, prius censuit dandam esse operam, ut summa prædicta pecuniæ cum fœnore a nummosis viris acciperetur. Id consilii libenter probavimus, tibi que ab ejusdem congregationis secretario per literas pridie idus junii datas significari mandavimus, additis præterea fraternitati tuæ facultatibus necessariis, et opportunis ad hæc explen-

da, ac trium mensium præfixo termino, cum edictorum adfixione, quo facilius deliberatio hujusmodi ad pecuniosorum etiam extraneorum aures perveniret. Quibus peractis a te, ac ab ipsis vexillario, et antianis invitati accepimus, ne unum quidem adhuc extitisse, qui nummum fœnori hujusmodi dandum afferret. Cum itaque nulla alia supersit via ad pecuniam colligendam, nisi totidem bonorum consistorialium hujusmodi venditio, cumque vexillarius, et antiani prædicti, iterum, ac vehementius ad maximas publicas necessitates levandas Nobis humiliter supplicari fecerint, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos attentis peculiaribus gravissimis dictæ civitatis circumstantiis, eorundem exponentium votis quantum cum Domino possumus benigne annuere, eosque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis humiliter correctis inclinati, de peculiaris memoratæ congregationis consilio, eidem fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut depurata prius pecuniæ summa, quæ strictim pro bonorum consistorialium hujusmodi liberatione, ut præfertur, impensa fuit, ac prævia edictorum affixione, servatisque alias servandis, totidem bona stabilia quæcumque ex prædictis consistorialibus bonis, quot ad præcisam pecuniæ summam hujusmodi reddendam dumtaxat sufficient, sive ad tempus, sive etiam in perpetuum alienari, et majoribus, melioribusque oblatoribus, salvo tamen ubique jure vicesimæ, et sextæ absque ullo censurarum, e pœnarum ecclesiasticarum incursu vendi libere, et licite posse, ita tamen, ut ad parochiarum bonis hujusmodi consistorialibus adnexarum, et personarum, quæ de præsentibus bona hujusmodi alienanda possident, provisionem, nec non ad eorundem bonorum vendendorum reparationem taxam annuam trium

Tenor concessionis.

mille scutorum monetæ memoratæ super fructus, redditus, et proventus ecclesiasticos universos etiam mensæ istius archiepiscopalis, metropolitane, et collegiatarum ecclesiarum, conventuum, monasteriorum etiam exemptorum, beneficiorum, cappellaniarum, ac quorumvis locorum piorum constituas tamdiu duraturam, quamdiu res ecclesiasticæ prædictæ in ista civitate fuerint in integrum restitutæ, auctoritate Nostra apostolica concedas, et quamcumque necessariam, et opportunam facultatem tribuas.

Derogatio con-
tratorum.

§. 3. Non obstantibus fel: rec: Pauli II. et reliquorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus ecclesiasticis non alienandis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non istius metropolitane, et aliarum ecclesiarum, monasteriorum, conventuum, eorumque ordinum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quemodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die decima nona novembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXII.

Dat. die
26 novembris
1892.
anno III.

Confirmatio resolutionis consiliaris cum insertione, pro communitate civitatis Velitrarum.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii conservatores, consilarii, et communitas civitatis Nostræ Velitrarum, quod attenda varietate notariorum quibus Romana in curia indiscriminatio uti pro rebus ad communitatem ipsam spectantibus, consuevere Velitrarum episcopi cardinales, et gubernatores, factum sæpe sæpius est, ut neque paucis, neque levibus detrimentis obnoxia communitas fuerit, quum hæc aut illa documenta sibi ad rem necessaria, utpote quæ hic aut illic seorsum in variis notariorum officiis delitescerent, nisi magno cum labore et impendio, ac etiam serius æquo inveniri non possent. Hinc populo adversus mala ac incommoda hujusmodi crebris clamoribus remedium flagitante, excogitatum tandem ac propositum fuit, ut in posterum cancellaria pro negociis communitatis prædictæ cardinalibus episcopis, et gubernatoribus Veliternensi urbi inservienda manere solummodo, ac perpetuo debeat penes notarium capitulinum pro tempore, qui una sit notarius loci pii, quem vocant ssmæ Annunciatæ, quique in platea dicta de s. Clara nunc residet; eo vel magis quod is quinque et viginti ab hinc annis jugiter venerabilis fratris Nostri Joannis Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Albani nuncupati moderni episcopi Velitrarum, atque gubernatoris cancellarius extitit, ac existere pergit: quod quidem et consilium majus, ut ajuat, communitatis solemnè deliberatione decrevit, ac idem venerabilis frater Noster suo deinceps assensu ratum habuit, ac declaravit modo, et forma ut sequitur,

Tenor resolu-
tionis consilia
ris.

§. 2. Die secunda octobris 1796.

Coram illustrissimis dominis

Claudio D' Enghien vice gubernatore

Stefano Straccalini, et Constantino
Salimei consulibus residentibus

Habito in aula magna hujus pa-
latii communalis consilio ma-
jori, cui pridie iotim. etiam
quoad d. canonicum Mazzo-
ni procuratorem fiscalem pro
transmissione duorum deputa-
torum ecclesiasticorum, mihi
pret. Sbordone med. ac cam-
pana de more pulsata, inter-
fuerunt, atque sederunt infra-
scripti.

Illustrissimi Domini

Dominicus Colonesi syndicus.
Tenens Franciscus Fabri asses-
sor fiscalis.
Carolus Maria Gagliardi.
Tenens Joannes Salimei.
Cap. Jo. Baptista Straccalini.
Aloisius Maciotti.
Carolus Joseph Antonius eques
Gagliardi.
Eques Joseph Maria Caldaroni.
Eques Octavius Colonesi.
Joseph Fabri.
Joannes Tersenghi.
Vincentius Gregni.
Eques Paulus Maria Toruzzi.
Cap. Geraldus Colonesi.
Cap. Carolus Cella.
Jo. Baptista Mazzoni.
Cap. Justinianus Giorgi.
Jo. Bapt. Prosperi.
Petrus Santini.
Cap. Dominicus Colonesi.
Eques Philippus Borgia.
Tenens Joannes Franciscus Pel-
licani.

Quibus sic coadunatis recitata prius
solita oratione *Actiones nostras* etc.
acta sunt, quæ sequuntur, videlicet=
et omissis aliis propositionibus, fuit
propositum, et resolutum prout
infra ec.

§. 3. Avendo suggerito il suddet-
to sig. cavalier Ottavio Colonesi, che
per comodo di tutti di questa città
sia cosa molto utile, e commoda di
aver fisso un officio in Roma, che
essendo il notaro cancelliere perpetuo
dell' eminentissimo, e reverendissimo
sig. cardinale governatore di Ostia, e
Velletri, possa con più facilità, uti-
lità, e prontezza aversi quegli atti, e
documenti, de' quali ciascuno abbi-
sogni, senza essere asretto andare in-
dagando per Roma i notari, e gli
officj de' rispettivi emi governatori no-
stri: e siccome ha riferito d'averne an-
che prevenuto l' eminentissimo porpo-
rato suddetto, il quale siaglisi espres-
so, che sebbene non sia di di lui as-
soluta facoltà, pur tutta volta quando
vi sia la risoluzione di questa città,
non s' incontrerà per parte sua dif-
ficultà per aderirvi: perciò volendovisi
sentire il sentimento delle signorie
vostre illustrissime si propone.

A chi pare, e piace, che con-
discendendovi l' eminentissimo e re-
verendissimo sig. cardinale governa-
tore, e riservata l' approvazione del
supremo principe, in avvenire sia sem-
pre cancelliere dell' emò vescovo, e
governatore d' Ostia, e Velletri, l' of-
ficio in Roma alla ssma Annunziata,
senza alcuna cura e spesa di questa
comunità, o sia di breve, benepla-
cito, e tutt' altro, che possa occor-
rere per l' effetto suddetto.

Et datis, recollectisque etc.
suffragia nigra duo, alba viginti
duo, et obtinuit.

Tenor literarum emi domini.

Illustrissimi signori

§. 4. Premessa la convalidazione
del consiglio celebrato li due corren-
te, in cui si è determinato di pren-
dere ad interesse li scudi 4000 pro-
messi di prestanza al nuovo affittuario
de' macelli, come le signorie vostre
illme mi riscontrano, approvo la stessa
risoluzione a seconda della loro istan-

Constituatur
ut officium no-
tarii pro com-
munitate in
urbe sit illud
nuncupatum
sanctissimæ
Annunciatio-
nis.

Tenor litera-
rum eminen-
tissimi episco-
pi electionem
probantis.

za; e ciò bastando in risposta alla di loro lettera su tal oggetto, con i soliti sentimenti di affettuosa stima mi confermo.

Delle signorie vostre illme.

Signori consiglieri di Velletri

Roma 5. ottobre 1796.

Affmo per servirle sempre
G. Francesco card. Albani

In quorum fidem etc. Not. Velitris
ex secretaria conservatoriali hac die
22. septembris 1801.

Ita est

J. Folignoli L. V. D. not. pub.
et inclytæ civitatis Velitrarum secre-
tarius rogatus in fidem etc.

Loco ✕ signi

Per quanto a noi spetta approvando la retroscritta risoluzione consiliare dei 2 ottobre 1796 riguardo alla perpetua fissazione qui in Roma dell'ufficio della ssma Annunziata a s. Chiara in cancellaria degli emi vescovi, e governatori di Ostia, e Velletri, vi prestiamo il pieno nostro assenso. Roma dal nostro palazzo alle quattro fontane questo di 10. dicembre 1801.

Gio. Francesco card. vescovo
di Ostia, e Velletri

Confirmatio
apostolica.

§. 5. Ut autem, quæ hic superius inserta, ac enarrata sunt, subsistant, exactiusque serventur, ea exponentes per Nos approbari, ac apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio communiti summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi voleantes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, suppli-

cationibus eorum nomine. Nos hu-
militer porrectis iudicatis, et inser-
tam consiliarem resolutionem cum
omnibus et singulis in ea conten-
tis adjuuctis, ac expressis auctoritate
apostolica tenore presentium appro-
bamus, et confirmamus, illique, ac
illis perpetuas, et inviolabilis limita-
tis robor adiciamus, atque omnes, et
singulos sive juris, sive facti defectus,
si quos desuper quomodolibet inter-
venisse contigerit, sanamus, atque sup-
plemus.

§. 6. Decernentes easdem præsen-
tes literas firmas, validas et efficaces
existere, et fore, suosque plenarios, et
integros effectus sortiri, et obtinere,
ac illis, ad quos spectat, ac spectabit
pro tempore, in omnibus, et per om-
nia plenissime suffragari; sicque in præ-
missis per quoscumque iudices ordina-
rios, et delegatos etiam causarum
palatii Nostræ apostolicæ auditores,
iudicari, et definiri debere, ac irritum,
et inane si secus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel igno-
rante contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus constitutio-
nibus et ordinationibus apostolicis,
cæterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romæ apud sanctam Mariam
Majorem, sub annulo piscatoris die
vicesima sexta novembris millesimo
oclingentesimo secundo, pontificatus
Nostræ anno tertio.

Clausula sub-
lata, et decre-
tum irritans.

Derogatio con-
traciorum.



Dat. die
7 decembris
1802
anno III.

CLXXIII.

Facultas utroque clero civitatis et diocesis Popajacensis sæculari, et regulari calendario diocæsano utentibus recitandi in dicta civitate et diocesi officium cum missa in honorem sancti Aemygdii jam approbat. pro civitate Asculana.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio pro-
sua.

§. 1. Cum sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii clerus sæcularis, et regularis civitatis, et diocesis Popajacensis, ipsi pro suo erga s. Aemygdium episcopum, et martyrem devotionis affectu, ejus cultum et venerationem in dies augeri summo opere desiderent.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et interdictionis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis, referente dilecto filio magistro Julio de Carpineo sac. rituum congregationis secretario, ut quotannis in eadem civitate, et diocesi in die semel fixe ab ordinario destinanda, ab universo prædicto clero sæculari, nec non a religiosis, et monialibus utentibus calendario diocæsano recitari possit ritu dupl. min. officium cum missa in honorem sancti Aemygdii episcopi, et martyris jam approbat. pro civitate, et diocesi Asculana, exceptis lectionibus primi nocturni, quæ erant de scriptura occurrente, auctoritate apostolica tenore præsentium indulgemus.

Derogatio con-
suetudinum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum civitatis, et diocesis capitulorum sæcularium, et regularium statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis de-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 69.

rogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis illorum tenores, præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permauris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIV.

Dat. die
7 decembris
1802
anno III.

Facultas capitulo collegiatae ecclesiæ ss. Joannis et Reparatae civitatis Lucensis abessendi a choro alternatim pro una hebdomada intra novem menses cujuslibet anni, ac percipiendi distributiones hebdomadæ hujusmodi.

Venerabili fratri
archiepiscopo Lucensi.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii capitulum, et canonici insignis, ut asseritur, collegiatae, et parochialis ecclesiæ ss. Joannis, et Reparatae civitatis Lucensis, quod capitulum istius ecclesiæ octo canonicis, et quindecim cappellanis choralibus constat, quarum pars una ex suæ institutionis præscripto per mensis dimidium choro, et ecclesiæ quotidie inservit; altera vero pars per idem tempus ab omni servitio vacat. Verum tot, tantaque inter annum concurrunt servitio strictæ obligationis, cunctisque communiis, ut nemo unquam integra vacationis suæ hebdomada gaudere libere valeat. Quapropter incho capitulari consilio unanimiter decreverunt, si decreto tamen

Expositio pro-
sua.

hujusmodi apostolica suffragetur facultas, alteros alternatim post alteros per hebdomadam integram se a choro penitus abstinere, nec ullam interim distributionum etiam a solis presentibus lucrandarum jacturam facere. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; fraternitati tuæ per praesentes committimus, et mandamus, ut constituto tibi de narratis, ac proviso, ut officia divina aliquid ibi detrimenti, praesertim festis solemnioribus, patiantur, eisdem canonicis, et cappellanis petitam facultatem, cujus vigore tam ipsi, quam ipsorum pro tempore successores alternis invicem vicibus per gyrum novem dumtaxat mensium anni, quos tu designaveris, singuli eorum a choro dictæ ecclesiæ spatio unius integræ hebdomadæ abesse, eaque in hebdomada omnes et singulas distributiones cujuscumque generis, et naturæ, ac quacumque vi legis, et præcepti, sive usus, et consuetudinis, aut foundationis, legati, census, funeralium, seu anniversariorum, vel alterius cujuslibet tituli, a solis presentibus percipi solitas, aut solis presentibus nominatim, ac expresse assignatas, exigere, percipere, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere ac licite valeant, auctoritate Nostra apostolica tenore presentium pro tuo arbitrio impertiaris.

Derogatio con-
traciorum.

§. 3. Non obstantibus fel. rec. Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostrî super divisione materiarum, aliisque apostolicis ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indul-

tis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die septima decembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostrî anno tertio.

CLXXV.

Dat. die
17 decembris
1802
anno III.

Facultas magistratibus civitatis Firmænæ, ut sub rubone tunicam vulgo di tœca d' oro cum zona simili, et floccis auro sericis in functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**aterna, quam de Nostris, Proemium. et apostolica Sedis in temporalibus subditis gerimus, cura et sollicitudo Nos urget, ut eorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuamus.

§. 2. Cum itaque inter cæteras Ratio, et tenor concessio-
nis. ditionis Nostræ ecclesiasticæ civitates Firmana civitas antiquitatis laude, familiarum splendore, populi frequentia, ac constanti in Romanos pontifices, et Sedem prædictam observantia, et fide non mediocriter floreat, ac senatum, seu magistratus habeat in publicis rebus gerendis prudentia, et integritate præstantes, Nos qui civitatem prædictam, illiusque communitatem, et homines praemissorum meritorum intuitu propensiore quodam benevolentiae Nostræ complectimur affectu, dilectos filios magistra-

ius hujusmodi aliquo apostolicæ beneficentiæ Nostræ munere donare, et amplioris honorificentiae prerogativa decorare volentes, ac ipsorum magistratum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, et sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus magistratibus ejusdem civitatis Firmantæ, ut ipsi sub rubone tunicam vulgo di. tocca d'oro cum zona simili, et floccis auro sericis, nec non fasces vulgo mazza nuncupat. cum umbella in publicis functionibus, et aliis actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; dictosque magistratus desuper a quocumque impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, nec non, quatenus opus sit, aliarum civitatum ditionis Nostræ ecclesiasticæ consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CLXXVI.

Suppressio trium dignitatum cathedralis Lisbonensis, et nonnullorum archidiaconatum aliarum ecclesiarum, illorumque fructuum applicatio in sustentationem conventus reformatorem sancti Francisci in regali palatio regis Portugalliæ de Mafra nuncupato.

Dat. die
18 decembris
1802
anno III.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Ineffabilis Dei providentia, quæ in sua dispositione non fallitur, atque hominibus cunctis, vitæ præsertim evangelicæ professoribus, se nihil habentes, possessuros omnia promisit, quemadmodum corda regum, et principum, ut eos alant mediis undique conquisitis, suaviter urget, animum ita pulsat, et paterna insinuatione commovet Nostrum, ut quæ de sacro Ecclesiæ thesauro, vel patrimonio fuerint ad id opus vel extrahi partim, vel prorsus adhiberi provide excogitata, rite postmodum ministerio Nostro exequantur, ita quidem, ut tandem in iis omnibus tum Dei omnipotentis gloria, tum principum laus, tum simul apostolicæ Sedis honor valeant mirificè relucere.

Proemium

§. 2. Et sane cum dilectus filius Alexander de Souza et Holstein dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasilæ principis, ac regnorum Portugalliæ, et Algarbiorum regentis, apud Nos, et Sedem apostolicam orator exposuerit; quod claræ memoriæ Joannes eo nomine quiescit, dum viveret eorundem Portugalliæ, et Algarbiorum rex fidelissimus ad comparandam magis suorum subditorum animarum salutem opportunum noscens, ut penes ipsum regium palatium de Mafra quidam constitueretur ecclesiasticorum virorum cœtus, qui divini cultus propagationi ita flagranter incumbere, ut per eorum verba, et exempla, fidelium animi, ad pietatem, et religionem magis magisque excitati condignos honorum operum fructus, et virtutum flores uberius reddere possent, cum in religiosos ordinis fratrum s. Francisci

Expositio præcui, et ratio decernendæ suppressionis.

reformatorem s. Petri de Alcantara nuncupatorum provincie de Arabida oculos iniecerit, conventum inibi ejusdem ordinis statuit, illique tot annua emolumenta, seu certa charitativa subsidia comparavit, quot pro trecentorum religiosorum numero in eo alecto, et signanter pro illius ecclesie decenti manutentione sufficerent. Post autem memorandum terræmotum, qui de anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo quinto in illis partibus evenit, quique eadem undique intulit, et successive obperessa bellorum infortuna, emolumenta, et subsidia prædicta adeo decreverunt, ut religiosorum numerus ad centum sexaginta solummodo reductus fuerit, qui tamen ali minime potuissent, nisi vires ærarii regis copiosis subventionibus illorum sustentationi huc usque supplerent. Ac cum rerum, ac temperum circumstantiæ non sinant, amplius ærarium illud, tot expensis obrutum, hujusmodi subministratio num oneribus de cætero gravari; secus vero dictus Joannes princeps, ac regens, de illius optime institutionis utilitate apprime conscius, atque optans, ut illius conservationi, et incremento pro eorundem subditorum spirituali profectu, hac vel maxime tempestate, qua infensissimus ille animarum hostis tantam super terris seminavit zizaniam, modis omnibus occurratur, aciem proinde sue considerationis convertens ad media, quæ firmam, ac stabile subsidium annuum prælaudato conventui constituere valerent, novit aliunde haberi non posse nisi, ut a patriarchali scilicet Lisbonensi tribus ex dignitatibus principalibus, prælaturis nuncupatis, quæ prout et canonicatus, et præbendæ, aliæque beneficia ecclesiastica ejusdem patriarchalis ecclesie Lisbonensis de jure patronatus pro tempore existentis Portugallie, et Algarbiorum hujusmodi regis fidelissimi respective existant, primo loco respective vacaturis: nec non in Bracharensi uno de Barozzo, ac alio sancte Christiane, ac alio de Fonteacorda ac alio de Labruge, ac alio de Niva, ac alio de Villanova de Cerveira, et alio de Vermoia, et reliquo de Braga: ac in Elborensi uno de Seiza, et altero de Bago, seu Baculo: ac in Visensi uno sancti Petri de Franza, et altero etiam de Baculo: ac in Egi-

taniensi uno de Guarda, ac alio de Salovito, et reliquo de Corillam. Et in Lamacensi uno etiam de Baculo, seu di Valdiguera, et altero de Cova; ac in Portugallensi respective cathedralibus ecclesiis uno etiam de Baculo, et altero de Oliveira respective nuncupatis archidiaconatibus, in dictis respective cathedralibus ecclesiis dignitatibus, non tamen post pontificalem maioribus, aliisque similibus archidiaconatibus in supradictis vel aliis regionibus Portugallie ecclesiis forsitan sub specialibus aliis denominationibus respective existentibus: quorum tamen archidiaconatum, videlicet illorum de Vermoim, et de Braga in præfata Bracharensi, ac illius de Baculo in prædicta Visensi, ac illorum de Guarda, et de Salovito, et de Corillam in supradicta Egitaniensi, ac illorum de Baculo, seu de Valdiguera, et de Cova in dicta Lamacensi, ac illius etiam de Baculo in prædicta Portugallensi cathedralibus ecclesiis hujusmodi respective tertia pars, illius vero de Oliveira in eadem cathedrali Portugallensi, medietas respective fructuum, reddituum, et proventuum: illorum vero de Barozzo, ac sancte Christiane, et de Fonteacorda, et de Labruge, et de Niva, et de Villanova de Cerveira, in supradicta Bracharensi, ac illorum de Seiza, ac de Bago, seu Baculo in præfata Elborensi, et illius s. Petri de Franza in prædicta Visensi cathedralibus ecclesiis hujusmodi, omnes et singuli illorum respective fructus, redditus, et proventus, alias per felicis recordationis Clementem pp. XII. prædecessorem Nostrum dignitatibus atque canonicatibus, et præbendis prædictæ patriarchalis ecclesie Lisbonensis apostolica auctoritate perpetuo respective applicatæ, et applicati fuerunt, onere tamen pro tempore existentibus dignitatibus, et canonicis dictæ patriarchalis ecclesie Lisbonensis inuncto, annuam summam centum et septuaginta unius ducatorum auri de camera, et juliorum septem monetæ Romanæ cum dimidio alterius julii similis cuilibet ex illorum archidiaconatum possessoribus etiam pro tempore existentibus, quorum omnes fructus, ut præfertur, applicati fuerunt quotannis in perpetuum solvendi, in hujusmodi archidiaconatum respective vacationum eventus: ei in-

super uno canonicatu, et una integra præbenda in qualibet ex Ægitaniensi, et Portugalleensi, et Visensi, et Lamaceensi præfatis, et aliis etiam Elvensi, Pharaonensi, et Leyriensi respective cathedralibus ecclesiis, primo loco pariter vacaturis: ac duobus dimidiis canonicatibus nuncupatis in qualibet ex Bracharensi, et Elborensi præfatis, et in altera etiam Colimbriensi respective cathedralibus ecclesiis, itidem primo loco respective vacaturis, in perpetuum respective suppressis, et extinctis, usque dum ex eorum redditibus annua constituatur summa tresdecim millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri de camera hujusmodi, et juliorum quinque monete Romanæ summæ sexaginta millium cruciatorum monete regni Portugalliæ respondentium, quæ pro suprascripti conventus, illiusque ecclesiæ mantentione (exclusis tamen expensis pro regii suprascripti palatii, ædium conservatione occurrentibus, quarum dictus Joannes princeps, ac regens, regie coronæ Portugalliæ, onus reservavit) necessaria dignoscitur: omnia et singula prædictarum trium dignitatum principalium, ac archidiaconatum, et canonicatum, et integrarum præbendarum, nec non dimidiorum canonicatum hujusmodi respective bona, res, proprietates, ac fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque, quovis nomine nuncupata in subventionem prælaudati conventus, modo tamen et forma infrascriptis, perpetuo similiter adsignentur.

Cumque dictus Alexander nomine ipsius Joannis principis ac regentis supplex oraverit, ut hanc dispositionem utpote Dei gloriam respicientem, supremæ Nostræ auctoritatis auxilio ad optatum effectum perducere dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui ex muneris Nostrî debito ad ea intendere non desistimus, quæ divini cultus incremento, et animarum quoque saluti plurimum expedire conspiciamus, votis ac precibus ipsius Joannis principis et regentis ad Nos per dictum Alexandrum nomine prædicto delatis in præmissis de speciali Sedis apostolicæ benignitate favorabiliter annuere volentes: ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, dilecto filio mo-

dero, et pro tempore existenti, Nostro et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Lisbonensi commoranti per præsentem committimus, ut ipse tot ex superius expressis vacaturis beneficiis ecclesiasticis supprimendis designet, quod opus erunt ad conflandam summam prædictorum tresdecim millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri hujusmodi, et juliorum quinque præfate monete, videlicet, prædictas tres ex dictis principalibus dignitatibus ipsius patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis primo loco, ut præferatur, vacaturas, ac pariter superius expressos archidiaconatus in supræmemoratis, aliisque ecclesiis in Portugalliæ regnis respective existentes, itemque unum canonicatum, et unam integram præbendam in qualibet ex Ægitaniensi, et Lamaceensi, et Portugalleensi, nec non Elvensi, Pharaonensi, et Leyriensi respective etiam cathedralibus ecclesiis prædictis, primo loco pariter vacatura.

§. 4. Ac præterea duos dimidios canonicatus nuncupatos, in qualibet ex Bracharensi, et Elborensi, et Colimbriensi respective cathedralibus ecclesiis præfatis, itidem, primo loco respective vacaturos, firmis tamen remanentibus respectivis fructuum partialibus applicationibus, siquæ forsitan antea super aliquo ex dictis canonicatibus, seu dimidiis canonicatibus ab apostolica Sede factæ fuerint, ex tunc prout ex tunc et e contra, postquam tamen illæ tres dignitates principales, et archidiaconatus prædicti, ac canonicatus, et integræ præbendæ, nec non dimidii canonicatus hujusmodi per cessum, etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam amissionem, seu religionis ingressum et professionis in ea emissionem, dictas tres principales dignitates, ac singulos archidiaconatus prædictos, nec non canonicatus, et integras præbendas, ac dimidios canonicatus hujusmodi nunc respective obtinentium, aut alias quovis modo, dispositioni apostolicæ specialiter reservate, ac reservati existant, etiam in aliquo ex mensibus Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique præfate, etiam per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reserva-

Titula beneficiorum supprimuntur pro tempore respectiva vacationis.

Nuncio apostolico committimus ut tot vacantia beneficia suppressa designare, quot requiruntur ad implendam summam requisitam.

tis, salvo tamen, atque integro semper in posterum remanente apostolicæ Sedis jure admittendi pro libitu in supradictis omnibus ecclesiis canonicatum, et dimidiorum canonicatum resignationes, atque cum futura successione coadiutorias quavis remota limitatione, seu ordinariis collatoribus, etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternatarum, aut alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda, competentibus vacare contigerit, illarumque, et illorum respective titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam dignitatum principalium, atque archidiaconatum, et canonicatum, et integrarum præbendarum ac dimidiorum canonicatum, respective collativarum, et collativorum hujusmodi: ita quod illæ, atque illi, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ, et collativi respective esse desinant, et de cætero uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi amplius nequeat; et si prædictas tres principales dignitates, ac archidiaconatus, et canonicatus, et integras præbendas, ac dimidos canonicatus hujusmodi ullo unquam tempore conferri, aut impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica sibi ad id specialiter, et expresse delegata auctoritate, donec tamen, et quousque supradicta summa tresdecim millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri de camera præfatorum, et juliorum quinq; monetæ Romanæ summæ sexaginta millium craciatorum monetæ regi Portugalliæ, ut præfertur, respondentium in totum ab aliis oneribus libera completa fuerit, et non ultra, apostolica, ut præfertur, delegata auctoritate, debitis modo et forma, perpetuo supprimat, et extinguat.

Bona suppressorum beneficiorum assignantur in ma

§. 5. Illisque respective suppressis, omnia, et singula eorundem trium dignitatum principalium, ac

archidiaconatum, et canonicatum, et integrarum præbendarum, nec non dimidiorum canonicatum hujusmodi qui necessarie suppressendi erunt, respective bona, res, proprietates, fructus, redditus, proventus, distributiones quotidianas, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque, quovis nomine nuncupata, in quacumque re consistentia, et undecumque provenientia, et quoad prædictos archidiaconatus, pro quantitate unicuique eorum superextante, detractis iis, qui dignitatibus, et canonicatibus, et præbendis dictæ patriarchalis ecclesiæ Lisbonensis alias, ut præfertur, applicati fuerunt: ex nunc pariter prout ex tuac et e contra in superius expressos eventus, in prælaudati conventus, illiusque ecclesiæ, ac religiosorum stabilem manutentionem, et sustentationem, in modum tamen, ut administratio honorum, ac fructuum, reddituum, et proventuum præfatorum per personam ecclesiasticam ab ipso Joanne principe, ac regente, ad id pro tempore ad sui libitum deputandam, et successive ab eodem moderno, et pro tempore existente nuncio præfato in officio hujusmodi insituendam integre exerceri debeat, absque eo quod pro tempore existentes fratres eiusdem conventus in administratione hujusmodi ullo modo se ingerere vel intromittere possint: liceatque personæ sic deputandæ hujusmodi, per se vel alium, seu alios administratoris nomine, dictarum trium dignitatum principalium, ac archidiaconatum, et canonicatum, et integrarum præbendarum, nec non dimidiorum canonicatum, ut præfertur, qui suppressendi erunt, illarumque et illorum respective honorum, rerum, proprietatum, ac fructuum, reddituum, et proveatum, distributionum quotidianarum, jurium, obventionum, et emolumentorum præfatorum, veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus præfatos percipere, exigere, levare, ac satis factis tamen prius omnibus et singulis, non tamen personale servitium requirantibus oneribus, ipsis tribus dignitatibus, archidiaconatibus, et cano-

ntentionem conventus, et ecclesiæ religiosorum.

nicatibus, et integris præbendis, nec non dimidiis canonicatibus, qui, ut præfertur, supprimentur anouatim respective incumbenribus, annisque etiam pensionibus, siquæ sint, ejusdem conventus syndaco apostolico nunc et pro tempore existenti libere persolvere, ut per eum in ipsius conventus, illiusque ecclesiæ præfatæ sustentationem, manutentionem, et utilitatem integre convertantur, eadem apostolica sibi ad id ut supra delegata auctoritate, etiam perpetuo applicet, et appropriet ita tamen, ut si minori tum archidiaconatum, tum canonicatum, et integrarum præbendarum, vel dimidiorum canonicatum per ipsam nuncium, ut præfertur, supprimendorum, et supprimendarum numero prædictam summam tresdecim millium septingentorum, et quatuordecim ducatorum auri hujusmodi, et juliorum quinque dictæ monetæ Romanæ summæ sexaginta millium cruciatorum monetæ Portugalliæ prædictæ respondentium conflari contigerit, tunc illorum superextantium vel archidiaconatum, vel canonicatum, et integrarum præbendarum, aut dimidiorum canonicatum status, natura, et essentia integra omnino, et illæsa remaneant, ipseque modernus, ac pro tempore existens nuncius præfatus, occurrente pro tempore cujuslibet ex præfatis tribus principalibus dignitatibus, ac alicujus ex archidiaconatibus, et canonicatibus, et integris præbendis, nec non dimidiis canonicatibus hujusmodi respective vacatione præfata, inspectis prius, et recognitis propriis uniuscujusque illorum veris redditibus, et onerum ei incumbentium qualitate, et quantitate, ac debitis per eum desuper captis informationibus, ad supradictas suppressionem, et unionem, usque ad complementum præcitatæ summæ tantum, et non ultra, debitis modo et forma, super quo ipsius conscientiam oneramus, procedat, exprimendo in singulis applicationum decretis veram annuam liberam summam, quæ ad finem hujusmodi successive constituatur.

Confirmantur omnia que erunt statuta a prædicto nuncio apostolico super suppressione, et respectiva ap-

§. 6. Nos enim si suppressionem, extinctionem, applicationem, et appropriationem hujusmodi, aliaque præmissa per dictum nuncium præsentium vigore fieri contigerit, ut præfertur, easdem præsentibus nullo um-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 69.

quam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, et legitima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna, etiam ex eo, quod causæ propter quas præmissa emanarunt, coram Nobis adductæ, justificatæ, et verificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quolibet alio substantiali, substantialissimo, et inexcogitato, ac specialissimo, et individuum mentionem requirente defectu notari, impugari, invalidari, aut alias quomodolibet infringi, retardari, aut ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, aut alias concedi, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi ullatenus posse, nec illas sub quibusvis similibus vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam, ut præfertur, vel alias quomodolibet, etiam per cancellariæ præfatæ regulas, ac constitutiones apostolicas præfatas pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendere, vel confundere, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, quandocumque eligenda concessas esse, et fore, suoque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, et sic ab omnibus censi.

§. 7. Et ita per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari et definiri debere, et quid quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

§. 8. Et insuper eidem moderno, et pro tempore existenti nuncio præfato facultatem, ut ipse super quacumque questione, quæ adversus præmissa in earumdem præsentium exe-

plicatione beneficiorum.

Clauſula sublata, et decretum irritans.

Deputatio iudicis privati pro dirimendis questionibus quæ oriri possent in actu executionis.

cutionis actu quomodolibet oriri poterit, servatis tamen iis, quæ fuerint de jure servandis, etiam definitive, quacumque appellatione postposita pronunciare possit et valeat, scientia, et potestatis plenitudine paribus per præsentem concedimus, atque imperlimur.

Delegatio con-
traciorum.

§. 9. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regula de notionibus, et applicationibus ad partes committendis, ac de exprimeado in literis apostolicis vero anno beneficiarum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, et applicationes, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac Lisbonensis, et Bracharensis, et Elborensis, et Visensis, et Pharaonensis, et Egitanensis, et Lamacensis, et Portugallensis, nec non Elvensis, et Leyrensis cathedralium aliarum supradictarum in Portugallie regnis existentium ecclesiarum præfatarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere vel in specie, quavis auctoritate fungentibus, aut dignitate fulgentibus sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et pluries innovatis: quibus omnibus et singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, eisdem præsentibus proprie, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentis, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, scientia, et potestatis plenitudine paribus, harum quoque serie

derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 10. Volumus autem, quod Fides habenda transumptis. earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo munitis, aut alicujus curiæ ecclesiasticæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud, ac alias ubicumque opus fuerit habeatur, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ commissionis, decreti, facultatis, concessionis, impertitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio. Sanctio poenalis.

CLXXVII.

Dat. die
18 decembris
1802
anno III.

Suppressio archidiaconatus de Regoa nuncupati cathedralis ecclesiæ Portugallensis, ac cappellaniarum regiæ cappellæ de villa Vicosæ Elborensis diocesis, illiusque cappellæ in collegiatam ecclesiam, et in ea duæ dignitates et cappellaniz canonice nuncupandæ de viginti et una respectiva erectio, illisque applicatio beneficiorum ut supra suppressorum.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **R**omanorum pontificum Proemium. sollicitudo erga inclytos Ecclesiæ filios, qui sæculari licet principatus honore fulti, seu pretiosæ lampades oleo fidei iugiter plenæ in ea luxerunt, æmula semper adeo fuit, ut quo ipsi præstantius de christiana republica se benemeritos obtulerint, majorique ani-

mi contentiones sacrorum ministrorum, divinique cultus assertores huic apostolicæ Sedi, cunctoque terrarum orbi apparuerint, eo libentius eosdem gratiis, et favoribus studuerint cumulare.

Expositio pro
cum porrecta-
rum a regente
Portugalliæ et
Algarbiorum.

§. 2. Cum itaque dilectus filius Alexander de Souza, et Holstein dilectissimi in Christo filii Nostri Joannis Brasilæ principis, ac regnorum Portugalliæ et Algarbiorum regentis apud Nos, et Sedem apostolicam orator nomine ipsius Joannis principis, ac regentis exposuerit, quod inter eximia præstantissimorum hominum gesta in Ecclesiæ fastis recensita, regalis illa cappella in villa Vicoso Elborensis diœcesis, a præclarissimis Bragaantiæ ducibus, fidelissimorum regum illustribus avis erecta, congruisque redditibus dotata, præcipuum præstat monumentum; neque minus laude dignum videtur fuisse studium quo successores duces, veterum suorum vestigia sectando illius cappellæ regimini, et gubernio, rei que economicæ administrationi peculiariter incumbere, ita ut quid quid illius cappellæ conservationi, et incremento, tum illius vetera statuta moderando, tum ampliando, profuturum dignoverint, huic non destiterint, implorata Sedis apostolicæ auctoritate, strenuam dare operam, ac manum admoveere opportunam. Et quamvis cappella isthæc non satis amplo patrimonio potiatur cum vix illius redditus annuam summam millium et quingentorum ducatorum auri de camera attingant, ex industri tamen, perspicacique illorum administratione factum est, ut nihil unquam divini cultus honori defecerit, nec illum in aliquo decrevisse apparuerit, verum cum in ipsa, cappellanorum cætus, qui in primæva ejus institutione sexdecim tantum numero constabat, ad quinquaginta modo cappellanorum numerum fuerit ampliat, huic vero accedat, quod jam antea-ctis temporibus necessitas exegit, ut a singulis beneficiis, juris patronatus regis domus de Bragantia, tertia pars fructuum apostolica auctoritate perpetuo respective distracta, ac separata, illaque patriarchali ecclesiæ Lisbonensi, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo finisset applicata, quin eorundem beneficiorum indemnitati aliter consultum fuerit: res modo ita se habet, ut prædicta dotatio

Bull. Rom. Tom. XI. F. 68.

mille et quingentorum ducatorum hujusmodi, impar in præsentiarum omnino sit ad congruum personarum ecclesiasticarum numerum in ea servandum, atque manutenendum; ea- propter Joannes princeps ac regens præfatus, qui non inferiori quidem studio, animique aacritate suorum majorum curam, vigilantiam, atque sollicitudinem, quas illi de ipsius cappellæ, divinique cultus decoris conservatione gerebant, æmulari contendit, cupiens quam maxime ejusdem cappellæ statui, rei que illius economicæ ita prospicere, ut illa nedum in eo quo semper effulxit splendore permaneat, sed novis etiam honorum augmentis, atque prærogativis illustretur, optimum fore consilium duxit, si regia ipsa cappella in insignem collegiatam ecclesiam ad instar illarum de Onrem, ac de Barcellos, in dictis regnis existentium, regalique denominatione fulgentium erigatur, ac suppressis in illa singulis ad præsens exstantibus cappellanis, due in ipsa collegiata sic erigenda dignitates, quarum prima decanatus, secunda vero thesaurarius major nuncupandæ, ac viginti et unæ cappellanæ canonicatus nuncupandæ una cum collegio quatuordecim cantoribus, duobus phonassis, unoque magistro musices composito, instituantur. Atque ut expensis, tum pro ipsius cappellæ, in collegiatam ecclesiam sic erigendæ fabrica, tum collegii prædicti cantorum, et seminarii regis nuncupati in dicta villa, intuitu servitii supradictæ cappellæ existentis mantentione, tum quoque pro dignitatibus, et singularum cappellanarum, canonicatum, ut præfertur, nuncupandarum, erigendarum, respectiva dotis assignatione necessariis facere satis possit, nullum aliud ad id magis opportunum foret medium arbitratus est, quam si prævia tum perpetui simplicis, archidiaconatus de Regoa nuncupati, beneficii ecclesiastici, seu dignitatis forsan residentialis in cathedrali ecclesia Portugallensi, quod ad præsens vacat, et ex cujus fructibus, redditibus, et proventibus universis, alias per felicis recordationis Clementem pp. XII. prædecessorem Nostrum, tres ex quatuor illorum partibus auctoritate apostolica perpetuo dismembratæ, ac dignitatibus, et canonicatibus, et præbendis patriarchalis ecclesiæ Lisbo-

nensis eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo applicatæ fuerunt, tum aliorum perpetuorum simplicium ac personalem residentiam non requirentium beneficiorum ecclesiasticorum, in quibusvis ecclesiis civitatum, et diæcesum regnorum Portugalliae, et Algarbiorum hujusmodi respective existentium, primo loco vacaturorum, quæ ordinariæ liberæ collationis esse contigat, illorumque respective tituli collativi perpetua suppressione, usquedam ex illorum redditibus, annua conficiatur summa viginti quinque millium cruciatorum monetæ illarum partium, quæ una cum prædictis mille et quingentis ducatis auri hujusmodi quibus jam ad præsens potitur, pro supplendis præmissis expensis, necessaria esse dignoscitur, ab apostolica Sede respective facienda, bona, res, proprietates, ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, tam ad prædictum archidiaconatum vacantem, quoad superextantem etiam ex quatuor partibus omnium et singulorum ejus fructuum præfatorum, ad eundem archidiaconatum, modo spectantem, quam ad singula beneficia præfata, ut præfertur, vacatura, quomodocumque etiam spectantia, in ejusdem cappellæ in collegiatam ecclesiam sic erigendæ, illiusque respective fabricæ, ac singularum dignitatum, et cappellaniarum respective erigendarum, ac collegii cantorum, et seminarii prædicti dotem, respective perpetuo, quoad archidiaconatum videlicet usque nunc, et quoad beneficia vacatura præfata, in illorum respective vacationis eventus, ab eadem Sede apostolica uni-
reatur, atque applicarentur.

Cumque dictus Alexander nomine prædicto enixas Nobis detulerit preces, ut providam hanc præfati Joannis principis, ac regentis dispositionem, deque ipsius cappellæ regni sublimitate, ac splendoris incremento capta consilia, apostolicæ Sedis patrocinio, ac favore prosequi dignaremur.

Supprimuntur
tot. cappella-
næ quot ne-
cessariæ
erunt ad im-
plendum red-
ditum ducato-
rum quinque
millium se-
tingentorum.

§. 3. Nos igitur omnibus circumstantiis consideratis, ipsius Joannis principis, ac regentis pie conceptis votis pontificiæ benignitatis memores, quantum in Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis

plenitudine, infrascriptis tamen modo ac forma, juxta speciale mandatum dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio in civitate Lisbonensi commoranti commissum, omnes, et singulas in dicta regia cappella nunc existente cappellanas, illarumque naturam, et essentiam, ac similiter prædictum archidiaconatum, ut præfertur, vacantem, respective ex nunc; ac insuper tot perpetua simplicia beneficia hujusmodi, quæ ordinariæ liberæ collationis existant, quot ad conflandam summam ducatorum quinquemillium septingentorum quatuordecim, et juliorum quinque monetæ Romanæ, respondentium supradictæ summæ viginti quinque millium cruciatorum monetæ Portugalliae necessaria erunt, videlicet ex nunc, prout ex tunc, et e contra, cum primum beneficia huiusmodi per cessum, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, seu religionis ingressum, et professionem in ea emissionem personarum ea beneficia nunc respective obtinentium, aut alias quovis modo, etiam apud Sedem apostolicam prædictam, etiam ex quocumque decreto vacationis, seu cessionis juris in provisionibus de aliis beneficiis ecclesiasticis eis apostolica auctoritate faciendis, seu tunc apposito, vel alias ex eorum personis dispositioni apostolicæ ad præsens specialiter reservata, vel affecta existant, etiam in aliquo ex mensibus, Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique præfate per quascumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus, etiam per constitutiones et regulas easdem, seu literas alternatarum, aut alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et imposterum concedenda, competentibus vacare contigerit: illorumque pariter respective titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam archidiaconatus collativi, et beneficiorum collativorum; ita quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativus, et collativa esse desinant, et uti talis, ac talia in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, vel alias de illo, et illis quovis modo disponi amplius nequeat; et si dictum archidia-

conatum, et beneficia hujusmodi deinceps conferri, aut impetrari, vel alias de illo, et illis quovis modo disponi contigerit, collationes, provisiones, impetrationes, aliæque dispositiones de illo, et illis pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate perpetuo respective suppressimus, et extinguimus.

Erigitur in collegiatam cappella, et ei nomen tribuitur ecclesie, cum erectione capituli, et concessione privilegiorum

§. 4. His suppressis, præfatam regiam cappellam ad Dei omnipotentis laudem et honorem, divini cultus augmentum, in sæcularem, atque insignem collegiatam, regiam nuncupandam ecclesiam, cum suis capitulo, mensa capitulari, area, bursa, et sigillo communibus, omnibusque aliis collegialibus signis, insigniis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, et gratiis, aliis sæcularibus, et insignibus collegiatis regalibus nuncupatis ecclesiis, et præsertim illis de Ourem, et de Barcellos prædictis, de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus, et in eandem decanatum, qui inibi principalis, pro uno presbytero iis prædito qualitatibus, quæ juxta canonicas leges requiruntur, futuro in eo decano, qui prædictæ cappellæ in collegiatam ecclesiam sic ærigendæ, caput existat, atque in choro, capitulo, processionibus, aliisque actibus capitularibus, tam publicis, quam privatis præeminentiam, ac primum locum habeat; nec non thesaurarium, majorem nuncupandum, qui inibi secunda respective dignitates existant, pro uno clerico, seu presbytero futuro in ipsa thesaurario majori nuncupando, et viginti et unam cappellanas canonicatus respective nuncupandas, pro viginti et uno pariter clericis seu presbyteris futuris itidem in illa cappellanis, canonicis nuncupandis, qui una cum decano, ac thesaurario prædictis capitulum dictæ regie cappellæ in collegiatam ecclesiam, ut infra erigendæ constituent, et apud illam in diebus statuendis personaliter residere, ibique horas canonicas diurnas, et nocturnas, cæteraque divina officia solita, et consueta cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica

disciplina recitare, decantare, et psallere, nec non missam conventualem, seu majorem, juxta sacrorum rituum formam celebrare, ac alias eidem regie cappellæ in collegiatam ecclesiam, ut infra, erigendæ in divinis laudabiliter deservire teneantur. Et insuper in ea collegium quatuordecim cantorum numero quibus onus canendi in choro, prout antea cappellani ipsius regie cappellæ incumbat, injunctum sit, ac duobus phonassis, et uno magistro musices compositum apostolica auctoritate præfata perpetuo quoque erigimus atque instituimus.

§ 5. Ut autem fabricæ sæpe dictæ regie cappellæ in collegiatam ecclesiam, per Nos sic, ut præfertur, erectæ, ac dignitates, et singulas cappellanas canonicatus, ut præfertur, nuncupandas pro tempore respective obtinentibus, ipsique collegio cantorum, et seminario prædicto, pro onerum unicuique eorum incumbendum supportatione, congruæ, convenientisque dotis fundamenta valeant constitui, omnia et singula, tam prædicti archidiaconatus pro reliqua ei superextante una ex quatuor partibus omnium et singulorum fructuum præfatorum tantum, salvis, et firmis remanentibus reliquis tribus partibus eisdem dignitatibus, et canonicatibus, et præbendis ejusdem patriarchalis ecclesie Lisbonensis, alias ut præfertur in perpetuum applicatis, eisdemque dignitatibus, et canonicis dictæ patriarchalis ecclesie ad formam litterarum apostolicarum dicti Clementis prædecessoris annuatim persolvendis, ex nunc, quam illorum omnium, et singulorum beneficiorum per Nos, ut præfertur, suppressorum, in illorum tamen respective vacationum eventus, respective bona, res, proprietates, fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque quovis nomine nuncupata, ac cujusvis generis, et speciei, et in quibusvis rebus consistentia, una cum singulis tum archidiaconatus, tum singulorum beneficiorum hujusmodi respective fundationum oneribus, massæ reddituum prædictæ regie cappellæ, in collegiatam, ut præfertur, erectæ ita quod liceat futuris, ac pro tempore existentibus illius capitulo, et cappellani, ut præfertur, canonicis nuncupandis, vel quibusvis aliis personis

Dotatio ecclesie, capituli, et collegii cantorum.

per se, vel alium, seu alios, ejusdem regię cappellę in collegiatam erectę nomine, tam prædicti archidiaconatus, quam singulorum beneficiorum hujusmodi per Nos, ut præferatur, suppressorum, illorumque respective honorum, rerum, proprietatum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum præfatorum, veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, proprietates locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus præfatos percipere, exigere, levare, ac satisfactis tamen prius omnibus, et singulis dictarum fundationum oneribus, ac solutis pensionibus annuis, quatenus illę super aliquo ex hujusmodi beneficiis ecclesiasticis, ut præferatur suppressis, apostolica auctoritate quomodolibet reservatę reperiantur, in supradictos usus, et utilitatem convertere, eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo unimus, annectimus, atque applicamus.

Privilegia capitulo concessa.

§. 6. Et insuper eidem regię cappellę in collegiatam ecclesiam, ut præferatur, erectę, illiusque dignitatibus, et cappellanis, canonicis, ut præferatur, nuncupandis pro tempore existentibus præfatis, ut ipsi eorumque officiales, et ministri, res, bona, et proprietates omnibus, et singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, prærogativis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, et gratiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alię sæculares, et insignes regię collegiatę ecclesię, ac præsertim dictę de Ourem, et de Barcellos, earumque capitula, canonici, et dignitates in eis existentes, et ministri, ac illorum bona, res, et proprietates, de jure, usu, consuetudine, aut privilegio utantur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum, similiter, et pariformiter, et absque ulla prorsus differentia in omnibus, et per omnia, ac si illa eis principaliter, et in specie concessa essent, dummodo tamen sint in usu, et non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, sacrisque canonibus, et concilii Triden-

tini decretis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis non repugnent, uti, frui, potiri et gaudere possint, et valeant, dicta auctoritate apostolica etiam perpetuo concedimus et indulgemus.

§. 7. Eisdem futuris capitulo, et cappellanis, canonicis, ut præferatur, nuncupandis prædictę regię cappellę in collegiatam ecclesiam, ut præferatur, erectę, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem regię collegiatę ecclesię, ut supra erectę, illiusque decani et thesaurarii, et singulorum cappellanorum canonicorum, ut præferatur, nuncupandorum, sacrarum, illorumque omnium rerum, et honorum tam spiritualium, quam temporalium prospero, et felici regimine, gubernatio, et directione, onerumque illis pro tempore respective incumbentium supportatione, divinarum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactio, perceptione, repartitione, divisione, pœnarum per absentes, et divinis officiis non interessentes, seu onera, et munera eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursum, singulorum presentium, et absentium notandis, caeremoniis, et ritibus in ecclesia, choro, et processionibus, et aliis actibus præfatis servandis, officialibus, et ministris in dicta regia cappella in collegiatam ecclesiam, ut præferatur, erecta necessariis deputandis, et amovendis, servitiis, et ministeriis per ipsos obeundis, eisque salariis, et stipendiis præstandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis; quęcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus apostolicis præfatis minime contraria, ac per ordinarium loci prius examinanda, et approbanda edere, et edita, prævia approbatione ordinarii præfati declarare, et interpretari, et ad meliorem formam redigere, ac reformare, seu alia de novo ex integro, ac ut præferatur eisdem sacris canonibus, ac decretis concilii hujusmodi, et constitutionibus apostolicis prædictis minime ad-

Eidem capitulo concessus
jus condendi
statuta capitularia servatis
decretis Concilii Tridentini.

versantia, ac ut præfertur examinanda, et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub pœnis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere, et postquam condita fuerint, toties quoties pro rerum ac temporum conditione, et qualitate, vel alias expediens videbitur, illa in toto vel parte corrigere, alterare, mutare, et in melius reformare, aliaque etiam ex integro de novo, de simili ejusdem ordinarii approbatione condere etiam libere, et licite possint, et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, et de novo condenda statuta hujusmodi, sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis hujusmodi contraria, ut præfertur, non sicut, eadem apostolica auctoritate licentiam, et facultatem, tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Jus nominandi dignitates, et canonicos ordinario conceditur.

§. 8. Demum considerantes quod regia domus de Bragantia jure nominandi, et deputandi cappellanos dictæ regie cappellæ in collegiatam ecclesiam per Nos, ut præfertur, erectæ, huc usque gavisa est, de speciali Sedis apostolicæ beneficentia, eidem regie domui de Bragantia, illiusque pro tempore existentibus regis successoribus, jus nominandi coram ordinario loci personas idoneas, tam ad decanatum et thesaurariatum, quam ad singulas cappellanas, canonicatus, ut præfertur, nuncupandas per Nos ut supra erectos, et erectas, ac institutos, et institutas, tam pro hac prima vice a primævis illorum, et illarum erectione, et institutione hujusmodi respective vacantes, quam in singulis futuris illorum respective vacationibus, et quoties decanatum, et thesaurariatum, et singulas cappellanas canonicatus, ut præfertur, nuncupandas præfatas ubicumque, quandoque, et quomodocumque, ex personis illos pro tempore respective obtinentibus quovis modo vacare contigerit per ordinariam loci in illis ad nominationem hujusmodi respective instituendas, scientia et potestatis plenitudine paribus apostolica auctoritate præfata, in perpetuum quoque reservamus, concedimus, atque assignamus.

Clausula salutaris, et irritantes.

§. 9. Præsentibus autem Nostras litteras apostolicas nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica et

legittima, pia, privilegiata, ac speciali nota digna de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, seu quopiam alio defectu notari, quantumvis maximo et substantiali, substantialissimo, ac specialem, et individuam mentionem requirente, impugnari, invalidari, seu alias quomodolibet infringi, retardari, annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem præfatam, seu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, vel quovis alios quavis auctoritate fungentes, suspendi, revocari, restringi, limitari, ad viam et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, a petitionis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari, aut alias etiam motu proprio concedi, seu illis etiam in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus posse, nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam, ut præfertur, aut alias quomodolibet, etiam per cancellariæ prædictæ regulas, et constitutiones apostolicas præfatas pro tempore factis, et faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendi vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per futuros, et pro tempore existentes capitulum, et cappellanos, canonicos nuncupandos præfatos prædictæ regie cappellæ in collegiatam ecclesiam, ut præfertur, erectæ, quandoque eligenda concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et sic de omnibus censeri; et ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios præfatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere,

et quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentati, irritum, et inane decernimus.

Consultur re
spectivae adsi
gnationi bono
rum pro digni
tatis, et ca
nonicis nomi
nandis.

§. 10. Ad hoc autem, ut omnia et singula supradicta a Nobis disposita, atque ordinata, et in praesentibus contenta et expressa debitis modo, et forma opportunae executioni demandentur, ac perpetuis futuris temporibus ab omnibus et singulis firmiter, et inviolabiliter observentur, eidem nuncio nunc ac et pro tempore existenti praefato, per praesentes committimus, et mandamus, ut ipse inspectis prius praedicti archidiaconatus liberis redditibus ad praelaudatam unionem fructuum dicti archidiaconatus, firmis remanentibus obligationibus; et oneribus eidem archidiaconatui incumbendis, absque ulla mora deveniat, eaque peracta, quantitatem huiusmodi fructuum in ejus decreto desuper edendo referat, et enunciet, sicque pariter occurrente pro tempore supradictorum beneficiorum, per Nos in eventus praemissos, ut praefertur, suppressorum, respectiva vacatione, praeviis informationibus super illorum respective reddituum quantitate, et onerum illis incumbentium qualitate debite captis, redditus beneficiorum huiusmodi juxta illorum respective vacationum eventus firmis, ac salvis, ut supra remanentibus singulis illorum oneribus praedictis, non tamen servitii personalis, quatenus ipsis incumbat, massae antedictae cappellae regiae in collegiatam, ut praefertur, erectae modo et forma superius expressis conscientia ipsius super his operata applicet et uniat, donec tantum modo compleatur summa dictorum quinque millium septingentorum quatuordecim ducatorum auri de camera huiusmodi, et juliorum quinque monetae Romanae, summae viginti quinque millium cruciatorum monetae illius regni respondentiam ultra supradictos mille et quingentos ducatos auri similes, quibus ipsa cappella in collegiatam erecta jam de praesenti, ut praefertur, gaudet; eidemque nuncio facultatem, ut ipse super quacumque quaestione, quae adversus eadem praemissa in huiusmodi executionis actu quomodolibet oriri poterit, servatis, quae fuerint de jure servanda, etiam definitive, quacumque appellatione postposita pronuntiare possit,

et valeat, apostolica auctoritate praedicta concedimus, et impertimur.

§. 11. Non obstantibus generalis concilii, ac Nostra et cancellariae praefatae regula de unionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum valore, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibeatis; ac quibusvis aliis, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non cathedralis Portugallensis, et aliarum ecclesiarum, in quibus beneficia per Nos, ut praefertur, suppressa et extincta forsitan fuerint, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis personis quavis auctoritate fungentibus, aut dignitate fulgentibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, confirmatis, et pluries innovatis; quibus omnibus et singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur eisdem praesentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, aliis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad praemissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, et potestatis plenitudine, harum quoque serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Volumus autem, ut praesentium literarum exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et personae in ecclesiastica dignitate constitutae sigillo obsignatis, eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensae.

Derogatio con
trariorum.

Fides habenda
transumptis.

Sanctio poena
lis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, unionis, annexionis, applicationis, concessionis, indulti, commissionis, licentiæ, et facultatis impartitionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, deputationis, atque derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ, millesimo octingentesimo secundo, quinto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXVIII.

Dat. die
19 decembris
1802.
anno III.

Confirmatio rescripti, pro confraternitate Divini Amoris de urbe.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum,

§. 1. Exponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii primicerius, guardiani, et officiales confraternitatis beatæ Mariæ virginis Divini Amoris de urbe, se a dilecto filio Nostro Julio S. R. E. presbytero cardinali de Somalia nuncupato almæ Nostræ urbis vicario obtinuisse ecclesiam suppressæ universitatis confectorum culcitrarum per ejus rescriptum tenoris prout sequitur.

Tenor rescripti editi a cardinali de Somalia vicarii generalis urbis:

§. 2. Julius Maria tituli sanctæ Mariæ supra Minervam S. R. E. presbyter cardinalis de Somalia ssmi D. N. papæ Pii VII. vicarius generalis, Romanæque curiæ ejusque districtus iudex ordinarius auctoritate Nostra ordinaria, qua fungimur, ac omni meliori modo, quo possumus primicerio, custodibus, officialibus, et confratribus venerabilis confraternitatis beatissimæ Virginis Divini Amoris nuncupatæ usum tantum ecclesiæ sancti Blasii suppressæ universitatis culcitrarum confectorum, ejusque sacristiæ, suppellectilium, cæterorumque adæxorum concedimus, damus, et impertimur, quæ omnia sub dispo-

sitione Nostra remanere volumus. Superioribus vero præfatæ confraternitatis erit cura adimplendi omnia onera, siqua sint, in dicta ecclesia, præstita idonea interim cautione pro integro complemento eorundem, nec non confraternitas ipsa teneatur ad mantentionem fabricæ, et suppellectilium prævia earundem authentica descriptione per substitutum secretariæ Nostri tribunalis de more faciendâ, quarum notulam a custodibus dictæ confraternitatis tam in libro decretorum Nostræ secretariæ, quam in archivio confraternitatis asservari mandamus; reservato etiam jure quoties Nobis, vel successoribus Nostris videbitur ecclesiam, ejusdemque adnexa, et suppellectiles prædictas visitandi, ac in præfata ecclesia liberam, et omnimodam jurisdictionem pariter exercendi, contrariis quibuscumque non obstantibus. In quorum etc. Datum ex Nostris ædibus hac die vigesima prima junii millesimo octingentesimo secundo.

L. ✱ S.

J. M. card. vicarius

§. 3. Ut autem rescriptum hujusmodi, jam a die septima julii proxime elapsi, ut asserunt, executioni mandatum firmiter subsistat, exactiusque servetur, memorati exponentes apostolicæ confirmationis patrocinio communiti summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdictionis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum rescriptum cum omnibus et singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis firmitatis robur adiciamus, et omnes ac singulos tam juris, quam facti defectus, si quos quomodolibet

Confirmatio
apostolica.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

desuper intervenisse contigerit, plenarie sanamus, atque supplemus.

§. 4. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, ac spectabit pro tempore, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in premissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicte ecclesie, quatenus opus sit, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomolibet concessis, approbatis et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona novembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXIX.

Dat. die
20 decembris
1802
anno III.

Nonnulla privilegia pro conservatorio, seu collegio puellarum a rege catholico erigendo Matrili.

Dilecto filio Nostro Aloisio S. R. E. presbytero cardinali de Bourbonnuncupato ecclesie Toletane ex coactione, et dispensatione apostolica præsuli.

Pius PP. VII.

Dilecte fili Noster salutem
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xpositum Nobis nuper fuit pro parte carissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici, quod ipsi ad majorem Dei gloriam, ac subditorum suorum utilitatem collegium puellarum charitatis vulgo de Las Ninas de la Paz in oppido civitatis nuncupato Matrili Toletane diocesis, ubi puellae recipiantur, et degant juxta institutum sancti Vincentii de Paolis per hanc apostolicam Sedem adprobatum, quae puellae in nosocomiis domorum Misericordiae, et expositorum pietatis opera exerceant fundare intendit, in quo etiam stabilis novitatus constitutur ad idem piuni opus in suis regnis ineunte tempore propagandum, et extendendum, atque in collegii hujusmodi ecclesia, seu oratorio rite erigere per probatae famae, et doctrinae sacerdotes ab eodem Carolo rege nominandos, a te autem, et a successoribus tuis super adprobandos, et confirmandos, omnes ecclesiasticas functiones ad iustarum ecclesiarum parochialium peragi, ac poenitentiae, eucharistiae, et extremae unctionis sacramenta puellis ibi pro tempore existentibus, aliisque ipsius collegii servitiis addictis personis in perpetuum administrari posse plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in premissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignoaremur.

§. 2. Nos igitur piis ejusdem Caroli regis votis quantum cum Domino possumus benigne, libenterque annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspeditioni tuae per praesentes injungimus, ut

Exposito pre-
cavi.

Tenor concessio-
nis.

post quam tibi constiterit, prædictum collegium cum sua ecclesia, seu oratorio, et aliis necessariis fuisse absolutum, et suppellectili tam sacra, quam prophana sufficienter instructum, ejusdemque congruæ manutentioni, ac substationi esse satis, stabiliterque provisum, petitam etiam licentiam per dictos presbyteros ipsius collegii directioni admissos, omnes, et singulas functiones exercendi, nec non extremæ unctionis puellis, earumque servitiis addictis personis secum insimul intra collegium hujusmodi habitantibus duntaxat, et pœnitentiæ, atque eucharistiæ sacramenta administrandi ad instar ecclesiarum a parochiali jurisdictione exemptarum, auctoritate Nostra apostolica, pro tuo arbitrio, et conscentia concedas, et indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorum sub anno piscatoris die vicesima decembris millesimo octingentesimo secundo, pontificatus Nostri anno tertio.



CLXXX.

Dat. die
11 januarii
1802
anno III.

Facultas directori sodalitatæ animarum purgatorii Melevitanæ diœcesis utendi rocchetto et mozzetta violacei coloris pro se, et successoribus in forma.

Dilecto filio Salvatori Casha presbytero directori sodalitatæ sanctarum animarum in purgatorio degentium oppidi civitatæ nuncupati Vallettæ Melevitanæ diœcesis.

Pius PP. VII.

Dilecte fili, salutem;
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **R**eligionis zelus, vitæ ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, super quibus apud Nos fide dignis commendaris testimoniis, Nos adducunt, ut honorificentia tuæ benigne consulamus. Ratio concessio- nis.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu, qui (ut asseris) spiritualis director sodalitatæ sanctarum animarum in purgatorio degentium in filiali ecclesia s. Nicolai Barensis oppidi civitatæ nuncupati Vallettæ Melevitanæ diœcesis canonice, ut asseritur, erectæ ad præsens existis, cupias ad majorem Dei gloriam aliqua per Nos, et hanc apostolicam Sedem prærogativa decorari. Expositio præ- cium.

§. 3. Nos te præmissorum meritorum tuorum intuitu, atque etiam ob sodalitatæ, et ecclesiæ hujusmodi splendorem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, tibi, successoribusque tuis directoris hujusmodi officio pro tempore in perpetuum fungentibus, ut rocchetto, et mozzetta violacea ad instar parochorum civitatæ Melevitanæ uti, illaque, durante dicto directoris officio, gestare in quibuscumque functionibus, et actibus publicis tam intra, quam extra ecclesiam prædictam celebrari con-

suetis libere, et licite possis, et valeas auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, teque, successoresque tuos desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictæ ecclesiæ etiam inramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima prima Januarii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.



CLXXXI.

Dat. die
14 Januarii
1803
anno III.

Facultas concessa monachis ordinis beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo differendi ad tempus magis opportunum celebrationem capituli generalis, cum confirmatione graduatorum in propriis officiis.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Rochus Melchior prior generalis ordinis fratrum beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo, quod, instante jam tempore generale capitulum ad formam dicti ordinis constitutionum, ac literarum apostolicarum alias desuper expeditarum convocandi, ipse ab assistente, et definitoribus generalibus Hispanis iavitus accepit, eam adhuc esse, propter temporam circumstantias, plurimorum ejusdem ordinis conventuum in Italia, Germania, ac nonnullis aliis europæ catholicæ regionibus existentium conditionem, ut inde vocales ad capitulum hujusmodi celebrandum venire commode nequeant, ideoque ad aliud opportunius, Nobisque benevisum tempus ejusdem capituli celebrationem differre posse plurimum optari. Nobis propterea dictus Rochus prior generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cunt.

§. 2. Nos igitur ipsum priorem generalem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, celebrationem capituli generalis hujusmodi, quod de præsentibus haberi debebat, ad Nostrum, et hujus sanctæ Sedis apostolicæ beneplacitum, auctoritate apostolica, tenore præsentium prorogamus. Præterea eundem Rochum priorem generalem, reliquosque omnes ex præcedenti gene-

Tenor concessio-
nis.

rali capitulo graduatos fratres in suis respective muneribus, et officiis cum omnibus, et singulis præminentibus, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, et induitis, ac honoribus, et oneribus solitis, et consuetis ad Nostrum itidem, et hujus sanctæ Sedis beneplacitum, auctoritate, et tenore præfatis confirmamus.

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes præsentibus has literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
triorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda
transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta

januarii millésimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXXII.

Dat. die
14 januarii
1803
anno III.

Facultas canonicis supranumerariis cathedralis Auximanzæ, ut loco almutiæ, quam adhuc deferre consueverunt, cappam magnam ad instar beneficiatorum s. Petri de urbe gerere possint.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam:

§. 1. **Q**uamvis splendoris, ac dignitatis vel ipsa sacra indumenta oculis, animisque Christifidelium ingerere valeant optime tenens Apostolica Mater Ecclesia non solum varias pro varietate festorum, et sacrarum functionum præscripsit vestes, sed etiam in templis magis conspicuis, ubi major est populi christiani frequentia, sacris ministris ibidem Altissimo famulantibus sæpe particularia, et ad eorum dignitatem exprimendam aptissima insignia deferenda concessit.

Proemium.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni viginti canonici supranumerarii nuncupati, quorum novem parochi existunt, et reliqui undecim mansionarii appellantur, ecclesie cathedralis Auximanzæ, in qua etiam duæ dignitates, et decem canonici præclaris insigniis ad instar canonicorum basilicæ principis apostolorum hujus Nostræ almæ urbis per hanc sanctam Sedem, ut asseritur, jamdiu decorati reperiuntur, divinus cultus, fideliumque devotio majora susciperet incrementa, si ejusdem ecclesie supranumerarii prædicti novis decorationibus donentur; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Expositio præ-
cum.

§. 3. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis

Tenor concessio-
nis.

quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, modernis, et pro tempore in perpetuum existentibus parochis, et mansionariis prædictis memoratæ cathedralis ecclesiæ Auximanæ, ut loco almutiæ, quam adhuc deferre consueverunt, cappam magnam ad instar beneficiatorum dictæ basilicæ principis apostolorum de urbe cum pellibus armelliniis cineracei coloris hyemali; æstivo autem tempore eandem almutiam tam in ecclesia prædicta, quam extra eam in quibusvis processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus, dictosque parochos, et mansionarios desuper a quoquam impediri, molestari, et perturbari nullatenus posse, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Decretio con-
trariæ.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datam Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quarta januarii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXXIII.

Dat. die
17 januarii
1803
anno III.

Allocutio habita in consistorio secreto super creatione plurium S. R. E. cardinalium.

Venerabiles fratres

§. 1. Cooptatis jam superioribus in consistoriis ex nostratibus in collegium vestrum iis præcellentibus viris, quos pro eximiis eorum in Ecclesiam atque in hanc apostolicam Sedem meritis dignos hac amplitudine judicavimus; de exterorum etiam honoribus nunc cogitandum esse videtur, qui pari meritorum laude præstantes, paribus etiam virtutis præmiis sunt afficiendi.

De cooptatione exterorum summorum virorum.

§. 2. Quod si præteritis temporibus (id sancto Bernardo inculcante, id ipsum Tridentina synodo summis pontificibus suadente) prædecessores Nostri in hujusmodi honoribus tribuendis magna cum rei christianæ utilitate exterorum hominum, qui de Ecclesia benemeriti essent, semper rationem sibi habendam esse duxerunt, ut per amplitudinis communionem communia etiam in Ecclesiam, et in hanc apostolicam Sedem studiorum incrementa fierent, atque animorum conjunctio in dies augetur; quanto magis nunc in tanto temporum motu unitatis solidius stabilicndæ causa id est faciendum, quæ eo firmiter stabit, quo apertius ostendatur a Nobis Romanam ecclesiam in communicandis honoribus nullam distantiam agnoscere, ubi sit confessionis consensus, ac fideles omnes, quasi unam domum inhabitantes, complecti?

Car cooptatio exterorum virorum sit facienda declaratur.

§. 3. Atque utinam hodie eos viros omnes ex iis nationibus, quarum ratio ex more institutoque hujus apostolicæ Sedis haberi solet, orare possemus, quos ad hunc honorem, cum ipsorum merita, tum suorum principum officia commendant! Veram cum nec omnia nunc ita parata sint, ut hodie id a Nobis plene fieri possit, nec iis qui sunt in promptu differre diutius (meritis eorum, atque ætate præsertim nonnullorum id flagitante) hoc virtutis præmium possimus, hos quidem inter vos adlegere decrevimus; cæteris autem locum in collegio vestro reservamus, ut iis quoque idem honores deinde habeatur: quod

De electione præsulum de Colloredo, Belloy, et Cadelio.

putamus quamprimum Nos esse facturos. Adlegere igitur statnimus inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales venerabiles fratres

Antonium Theodorum de Collore do archiepiscopum Olomucensem

Joannem Baptistam Belloy archiepiscopum Parisiensem.

Didacum Gregorium Cadello archiepiscopum Calaritanum viros spectabiles meritis, atque hoc honore dignos.

De electione quatuor episcoporum Gallicanorum in se quædam concordati facta.

§. 4. Hodierum vero gaudium, venerabiles fratres, multiplex ac cumulatum futurum est, non iis solum ex exteris in collegium vestrum cooptatis, qui de more cooptari solent, sed aliis etiam, quos concordati gratia ad significationem lætitiæ et conjunctionis Nostræ ex Gallicanis episcopis recenter constitutis extraordinaria promotione cooptare rogati fuimus.

Siquidem primus Gallicanæ reipublicæ consul Naupoleon Bonaparte, vir conciliandæ concordæ cupidissimus, post concordatum Nostrum, per quod in tam difficilibus, ac turbulentis temporibus, cum actum pene in Gallia de catholica religione esset, eo occurrente ultro desideriis Nostris, res a summa desperatione tam brevi temporis spatio eum in locum ductæ sunt, ut non modo unitas, quæ prorsus sublata erat, restituta sit, sed magna spes etiam facta majora incrementa catholicam religionem illis in dies esse habituram, hic illustris vir omnia auxilia sua ad perfectionem tanti operis Nobis pollicitus scripsit ad Nos, se ad id facilius præstandum, valde opportunaum judicare, quatuor ex Gallicanis episcopis recenter constitutis, extraordinaria promotione, concordati gratia, cardinales fieri; quæ promotio dum communis gratulationis causas auget, viam etiam faciliorem sternet ad uberiora illa religionis bona, quæ per hanc communionem honorum, et animorum conjunctionem parari possunt.

§. 5. Desideria et postulationes ejus viri, cujus operæ, ac studiis post Deum acceptam referimus non modo furentes illos procellarum impetus ab Ecclesia aversos, sed etiam catholi-

Ratio cur electio de episcopis Gallicanis facta sit.

cam religionem in tam late dominante populo restitutam; spes item ampliorum bonorum, quæ idem auxilio suo Ecclesiæ pollicetur, commoverunt, venerabile fratres, animum Nostrum, ac fecerunt, ut in testimonium gratulationis ac paterni amoris Nostrum clero Gallicano etiam extraordinarium hunc honorem impertiremur.

§. 6. Ut igitur olim compositis per concordatum rebus inter fel. rec. Leonem X. prædecessorem Nostrum, et Franciscum I. Francorum regem, nonnullos eximios ex ea natione viros sapientissimus ille pontifex extra ordinem cardinales fecit, ita Nos etiam hoc ipsum facere post concordatum Nostrum constituimus; idque eo etiam uberius, quo majora ea sunt, quæ per hoc in tam difficilibus temporibus ad unitatis restitutionem sunt confecta. Itaque quatuor ex numero episcoporum, qui in hac rerum restitutione in Gallicanis diocesis constituti sunt, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales creare decrevimus; nempe venerabiles fratres.

Memoratur exemplum alterius similis concordati.

Josephum Fesch archiepiscopum Lugdunensem, ipsius primi consulis avunculum.

Joannem de Deo Raymundum Boisgelin archiepiscopum Turonensem, et

Stephanum Ubertum Cambaceres archiepiscopum Rothomagensem spectabiles virtute viros, quos tales esse scimus, ut ex eorum opera magna illis in regionibus adjumenta catholica religio sit acceptura.

§. 7. Quartum vero, dignum item hac honoris amplitudine virum, justis de causis nunc in pectore reservamus.

Reservatio unitus in pectore.

§. 8. Quod vero ad Venetos spectat, ut in augendo cardinalium numero, ex nationibus exteris etiam eorum honoribus consulatur, et patrius Venetus, quem filium s. Marci appellant, inter vos adlegatur, cujus honori, ob vetera ac eximia Venetorum merita in hanc apostolicam Sedem, pontifices prædecessores Nostrum semper in hujusmodi promotionibus consultum voluerunt, intelligitis vos,

De electione patritii Veneti

venerabiles fratres, quanto magis in hac promotione id fieri debeat a Nobis, qui, præter cetera, quæ in servando hoc prædecessorum Nostrorum more a Nobis considerata sunt, illud etiam peculiare habemus, quod Nos ex communi jactatione Nostra difficillimis Ecclesiæ temporibus in nobilissimam Venetorum urbem, tanquam in tutissimum portum, Augusti Cæsaris beneficio excepti, ut christiano gregi pastore suo orbato consulere, ibi ad hanc honoris sublimitatem, licet immerentes, suffragiis vestris erecti, tam multa religionis, amoris, reverentiæ pignora a Venetis acceperimus, ut illorum temporum recordatio Nobis, vobisque semper jucundissima esse debeat. Tanto igitur libentius in testimonium etiam gratissimæ voluntatis Nostræ egregium antistitem

Petrum Antonium Zorzi ordinis clericorum regularium congregationis de Somascha archiepiscopum Utinensem in collegium vestrum adsciscere decrevimus, qui dignus visus est Nobis, quem ad hunc honorem promovemus.

De electione præsulum Romanorum.

§. 9. Ne vero urbs Nostra dum exterorum honoribus gratulatur propria ac domestica suorum gratulatione careat, ad lætitiæ cumulatum, tres etiam egregios viros ex Nostris evulgabimus, quos jam in consistorio diei xxiii. februarii anni MDCCCL. creatos in pectore servabamus; nimirum venerabilem fratrem.

Franciscum Mariam Locatelli episcopum Spoletinum, et dilectos filios.

Joannem Castiglioni præceptorem generalem ordinis hospitalis s. Spiritus, et

Carolus Erskine auditorem Nostram; quorum in hanc apostolicam Sedem merita, cum vobis satis perspecta esse noscimus, supervacaneum ducimus ea apud vos commemorare.

Memoratur more unius cardinalis in pectore reservati

§. 10. Illud restat, ut doceamus vos, vita esse functum unum presbyterum cardinalem ex iis, quos in

consistorio superius enunciato diei xxiii. februarii anni MDCCCL. creatos in pectore servabamus.

Nunc de iis quos cardinales creare decrevimus, rogamus sententiam vestram.

Quid vobis videtur?

§. 11. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus primum de more cardinales diaconos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ

Creatio cardinalium.

Franciscum Mariam Locatelli episcopum Spoletinum.

Joannem Castiglioni.

Carolus Erskine.

Insuper creamus cardinales presbyteros

Joannem de Deo Raymundum Boisgelin archiepiscopum Turonensem.

Antoniam Theodorum de Colloreto archiepiscopum Olomucensem

Petrum Antoniam Zorzi archiepiscopum Utinensem.

Didacum Gregorium Cadelle archiepiscopum Calaritanum.

Joannem Baptistam Belloy archiepiscopum Parisiensem.

Stephanum Ubertum Cambaceres archiepiscopum Rothomagensem

Josephum Fesch archiepiscopum Lugdunensem.

§. 12. Alium item, ut supra dictum est, cardinalem creamus, et in pectore reservamus arbitrio Nostro quandocumque evulgandum. Cum dispensationibus, derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Reservatio in pectore unius ex noviter creatis.

Dec. die
25 januarii
1803
anno III.

CLXXXIV.

Erectio in archiconfraternitatem sanctissimi Cordis Jesu de urbe cum facultate adgregandi quascumque congregationes, et confraternitates ubique locorum existentes, servata tamen forma constitutionis Clementinæ.

Pius PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et sæculares presbyteri piæ unionis s. Pauli apostoli de urbe nuncupatæ quod cum ipsi congregationem, seu piam unionem sub titulo sanctissimi Cordis Jesu in ecclesia s. Mariæ in Cappella de eadem urbe canonice, ut asseritur, erexerint, ad majorem Dei gloriam, ac spiritualem Christianifidelium utilitatem congregationem, seu piam unionem hujusmodi archiconfraternitatis titulo decorari plurimum desiderant.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes, et secundo dictæ piæ unionis congregatos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, congregationem, seu piam unionem sanctissimi Cordis Jesu in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, juribus, honoribus, et præminentis solitis, et consuetis, auctoritate apostolica, tenore præsentium, sine cujusquam præjudicio, perpetuo erigimus, et instituimus, ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et congregatis presentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque congregationes, et confraternitates, seu piæ uniones ejusdem instituti extra urbem ubique locorum erectas, et erigendas eidem archiconfraternitati, servata tamen forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis pp. VIII. prædecessoris No-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 70.

stri editæ, adgregare, illisque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiæ relaxationes ipsi piæ unioni, suæ congregationi, sic in archiconfraternitatem a Nobis erectæ concessas communicare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes præsentibus literis semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non, quatenus opus sit, supradictæ congregationis, seu piæ unionis, aliisque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesimaquinta januarii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. die
25 Januarii
1833
anno III.

CLXXXV.

Bina beneficia, et tres cappellaniz de jurepatronatu familiæ Gerardini terræ s. Elpidii Firmanæ diœcensis ad simplicia legata pia reducuntur.

Venerabili fratri
archiepiscopo Firmano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater
Salutem, et apostolicam
benedictionem.

Expositio pre-
cui.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Gerardini de terra sancti Elpidii Firmanæ diœcensis, quod sua familia, quemadmodum asserit, juspatronatum possidet activum simul, atque passivum super duobus beneficiis ecclesiasticis, quorum alterum sub invocatione s. Mariæ in Platea in ecclesia s. Francisci fratrum minorum Conventualium, alterum sub titulo sanctorum Joannis Baptistæ, et Joannis evangelistæ in collegiata ecclesia dictæ terræ erectum existit, juspatronatum autem tantum passivum trium cappelliarum, quæ in ecclesia s. Catharinæ Funariorum de urbe extant institutæ, activum enim cappelliarum hujusmodi patronatum penes ejusdem terræ communitatem residet, ita tamen, ut communitas tempore vacationis præferre debeat aliquem semper ex evuaciata familia, qui ad eas nominari, ac præsentari expostulet. Porro etsi familia Gerardini una ex antiquioribus, et clarioribus sit, quas dicta terra complectitur, ejus tamen subsistentia super dictorum beneficiorum, et cappelliarum redditibus maxima ex parte innititur, ob tenuitatem patrimonii ex quo multo saue minus quam quod ejus exigit decus, quotannis retrahitur; quapropter exponens, qui solus de memorata familia in præsentiarum mares filios habet, tum ut levius numerosæ prolis onera ferre, tum si liberos suos ab omni occasione clericalem statum invite forsan suscipiendi possit avertere, beneficia, et cappellianas prædictas ad simplicia legata pia reduci, eaque per ipsum, ac ipsius descendentes masculos ad-

ministrari vehementer desiderat, eo vel magis, quod expetitur ad id consensum, tam ab iis, qui memorata beneficia, et cappellianas actualiter obtinent, quam a dicta communitate est assecutus, Nobisque propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ per præsentates committimus, et mandamus, quatenus constito tibi de narratis, eidem exponenti, ejusque descendentes masculis, ut duo beneficia, et tres cappellianas superius recensitas tamquam pura, et simplicia legata pia, quæ sic in posterum illa, et illas haberi debere auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium decernes in administrationem suscipere, ac retinere, earumque ac earum fructus, redditus, et proventus quoscumque percipere, et exigere, suosque in usus, et utilitatem convertere libere, ac licite possint et valeant, auctoritate, et tenore præsentis pro tui arbitrio, et conscientia concedas, atque indulgeas.

§. 3. Ea tamen sub lege, quod dictæ communitati jus nominandi se junctim ad totas tres cappellianas præmemoratas illæsum remaneat, et omnia, et singula onera, quæ eisdem beneficiis imposita sunt, ac in id potissimum quod dicitur cathedralici, firma subsistant; et de adimplemento onerum hujusmodi per exponentem, et descendentes ipsius masculos quotannis cancellariæ tuæ exhiberi omnino sub pœnis a te præfigendis documenta legitima debeant; quodque, si et quando lineam masculinam in familia Gerardini prædicta deficere, ac extingui contingat, tunc beneficia et cappellaniæ hujusmodi cessent eo ipso esse, ac haberi legata pia, et primævam suæ institutionis naturam absque ulla alia declaratione illico in omni-

Facultates archiepiscopo Firmano conceduntur, ut gratiam pro suo arbitrio concedere possint.

Leger inopositæ.

bus, et per omnia induant denuo, atque recipiant.

Derogatio con-
trariorum.

§. 4. Non obstantibus felicitis recordationis Benedicti papæ XIV. prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non hujusmodi beneficiorum, et cappellaniarum fundationibus etiam juramento, confirmatione apostolica, aut firmitate alia roboratis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice domtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die vicesima quinta januarii, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXXVI.

Dat. die
1 februarii
1803
anno III.

Nonnulla statuta pro restauratione fabricæ cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ.

Dilecto filio Nostro Cæsari S. R. E. presbytero cardinali Brancadoro nuncupato ex concessione, et dispensatione apostolica ecclesiæ Urbevetanæ præsuli.

Pius episcopus

Dilecte fili salutem,
et apostolicam benedictionem.

Proœmium.

§. 1. **P**astoris æterni vices in terris, quamquam immeriti gerentes curis vigilamus assiduis, ut ea, quæ a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri pro sacrorum templorum reparatione, illorum præsertim, quæ structura, et vetustate magis celebrantur, constituta sunt, non solum firma, et illibata remaneant, stricteque servantur, sed etiam eorundem pontificum præscriptis, si quid opportune per Nos addendum esse videbitur, libenter addamus.

Bull. Rom. Tom. XI. F. 70.

§. 2. **E**xpositum itaque Nobis tuo nomine nuper fuit, quod dudum pro restorationibus istius celeberrimi templi cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ felicitis recordationis Pius pp. VI. prædecessor Noster auctoritate apostolica sub certis modo, et forma tunc expressis ad preces bon. mem. Pauli Francisci, dum vixit, S. R. E. cardinalis Antamoro nuncupati ex concessione, et dispensatione apostolica ejusdem ecclesiæ Urbevetanæ præsulis concessit, ut ipse super bonis fabricæ dictæ cathedralis unum, vel plures census passivos ad summam usque triginta millium scutorum monetæ Romanæ contrahere, et constituere posset; atque pro fructuum solutione, et censuum hujusmodi sortis principalis extinctione intra certum tempus, ac sine ulla bonorum fabricæ prædictæ jactura, aut reddituum imminutione facienda, eidem Paulo Francisco cardinali annuam præstationem, seu taxam imponendi super omnes, et singulos ecclesiasticos redditus civitatis, et diœcesis prædictæ Urbevetanæ facultatem tribuit, ac alias, prout in ejusdem Pii prædecessoris desuper in simili forma brevis die xxx. martii MDCCLXXXIV. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus, pro plene, et sufficienter expresso, et inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut in eadem expositione additum erat, tu literas prædictas per Nos confirmari, ac novas etiam concessiones ad rem hujusmodi conficiendam perutiles superaddi plurimum desideres.

Expositio præ-
cuni.

§. 3. **N**os te in tuo laudabili proposito tam celebris templi restorationes meliore, quo per temporum circumstantias fieri poterit modo, persequendi, et absolvendi confovere volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas Pii prædecessoris literas juxta illarum formam, et tenorem cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica, tenore præsentium adprobamus, et confirmamus, easdemque literas omnino servari volumus, atque decernimus. Præterea ad rem celerius perficiendam, circumspeditioni tuæ, quidquid (expletis omnibus respectivis oneribus) supererit ex redditibus, et fructibus ecclesiarum suppressarum universitatum lignariorum,

Tenor concessio-
nis.

calceolariorum, fabricarum, cæmentariorum, seu ædium structorum, et mercatorum ipsius civitatis, et diocesis Urbevetanæ dicti templi reparationibus exequendis ad totalem usque æris alieni prædicti, seu censuum extinctionem dumtaxat applicandi, et convertendi quamcumque opportunam, et necessariam, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus facultatem.

Deputatio præsidis fabricæ.

§. 4. Quo autem omnia rectius, expeditiusque procedant, te quoque in supremam fabricæ prædictæ reddituum, et expensarum huiusmodi faciendarum præsidem, eadem auctoritate declaramus et constituimus: tibi que statum activum, et passivum dictæ fabricæ pro data tibi a Domino prudentia, efformandi, quantum pecuniæ pro æris alieni prædicti extinctione, et fructuum solutione, quantumque pro memoratis restorationibus efficiendis annuatim fuerit impendendum æqua lance præscribendi, sumptus superfluos resecandi, ac penitus tollendi, impensas moderandi, ministrorum numerum imminuendi, officiales ad tui libitum constituendi, et ejiciendi, ac demum duos, vel plures ecclesiasticos, ac etiam seculares spectatæ integritatis viros, qui ad restorationem prædictarum executionem sedulo incumbant pro tuo arbitrio delegandi, atque ab his, et aliis, ad quos spectabit, accepti, et expensi rationem bis in anno ac etiam sæpius, si tibi in Domino ita expedire visum fuerit, omnino repetendi potestatem facimus.

Decretio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ ab eodem Pio prædecessore in suis memoratis literis concessa sunt non obstare, nec non motibus Nostris propriis in contrarium præmissorum editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio

CLXXXVII.

Dat. die
4 martii
1803
anno III.

Facultas episcopo Urbevetano unienli unam parochiam cum altera, cum commutatione popularum pro majori eorum commodo.

Venerabili fratri archiepiscopo episcopo Urbevetano.

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **F**raternitatis tuæ nomine nuper Nobis expositum est, duas in civitate Urbevetana, easque fere conterminas inter se parochias esse, quæ sufficienti congrua carent: alteram sancti Stephani, cujus redditus annui, tam certi quam incerti, summam septuaginta scutorum minime excedunt, ac in ea biscentum et septuaginta capita numerantur: alteram sancti Leonardi, quæ de fructu, certo pariter atque incerto, tantum affert quotannis octoginta scutata, ibique quingenti, et octodecim fideles continentur. Quam autem paræcia sancti Stephani vacet ad præsens, te cupere ex hinc occasionem arripere unienli istarum alterutram paræciarum, ita quidem ut unus in posterum per hanc unionem supersit parochus sancti Leonardi, qui et sua, et illa etiam, quæ ad parochiam s. Stephani pertinebat, congrua gaudeat; utque præterea parochialis sancti Leonardi reficiatur ecclesia, quæ vetustate fatiscens ecclesiæ ob imminens corrumpendi periculum subjecta est suspensioni, et clausa inaccessaque manet. Nequid porro ratione loci populo paræciæ sancti Stephani ex huiusmodi unionem contingat incommodi, te jam præcavisse de attribuendo populum istum proximiori parochio s. Angeli, qui libens pro parte sua parochio sancti Leonardi tantundem proprii populi de domibus, quæ parochiæ illius magis accedunt, cessurum spondit. Quapropter ut isthæc omnia rite et canonice exequi valeas, apostolicam, qua indiges, facultatem te enixe a Nobis expetere, ac humiliter obsecrare.

Ratio decernendæ unionis.

§. 2. Nos igitur consilio, ac voto huiusmodi tuo benigne in Domino

tenor indultæ facultatis.

obsecundare, teque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati fraternitati tuæ libere ac licite prædictam parochiam sancti Stephani, una cum ejus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, privilegiis, honoribus et oneribus universis, parochiæ s. Leonardi perpetuo uniendi, ac incorporandi, tum de modo quoque reparandæ parochialis ecclesiæ sancti Leonardi per ea, quæ ex istiusmodi unione magis eruere, reservare, et ad id applicare censueris, pro tui prudentia, et arbitrio disponendi; demum parœciæ sancti Stephani populos viciniori paroco sancti Angeli adjudicandi, totidemque de sancti Angeli sejungendi parœciæ, et paroco sancti Leonardi assignandi plenam, et amplam facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio con-
teriorum.

§. 3. Non obstantibus fel: rec: Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri super divisione materialium, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non prædictarum parochiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac eam quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Da-

tum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die quarta martii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXXXVIII.

Facultas congregationi cappellæ regis catholici vulgo dicta dell' Alumbrado exponi faciendi ss. Eucharistiæ sacramentum, illudque retinendi die, et nocte expositum a die trigesima aprilis usque ad diem nonam maii subsequenti in perpetuum

Dat. die
8 martii
1803
anno III.

Venerabili fratri patriarchæ Indiarum cappellano majori exercituum regis catholici

Pius PP. VII.

Venerabilis frater salutem,
et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**xponi nuper fecerunt Nobis dilecti filii officiales piæ congregationis, quæ Matrili in regali cappella regis catholici sub vulgari nomine dell' Alumbrado y Vela adunatur, ac fraternitatis tuæ jurisdictioni subiicitur, quod congregatio hujusmodi præcipue fuit instituta pro adoratione continua Eucharistici sacramenti in tabernaculis asservati, quodque ad sacramenti ejusdem honorem et cultum sacræ ab ea magnisque solemnibus, celebrantur functiones: quæ quidem ut fidelium devotionem quammaxime adaugeant ipsi exponentes sanctissimam Eucharistiam a die xxx. aprilis ad diem usque ix. maii mox subsequenti quotannis venerationi publicæ exponi, expositamque die, ac nocte per id temporis retineri, æque ac in nonnullis aliis, uti asserunt, fieri solet Hispaniæ locis, facere posse summo opere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio præ-
cunt.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, et in-

Tenor concessio-
nis.

terdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes; supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ per præsentem comittimus et mandamus, quatenus constituto tibi de narratis, ac dummodo prædicta in cappella rerum omnium; quæ ad id opus sunt supellex et copia existat, eisdem exponentibus, ut per singulos annos incipiendo a die xxx: mensis aprilis, prævia, juxta Ecclesiæ morem, solemnis missæ celebratione, augustissimum Eucharistiæ sacramentum in eadem cappella publice exponi, ac deinde, servata semper in reliquis forma et dispositione pro hujusmodi expositionibus in rituali Romano præscripta, illud diu noctuque sic expositum jugiter custodiri, nec tandem recondi nisi die nona mensis maij proxime subsequenti, libere ac licite facere possint et valeant licentiam et facultatem perpetuo valituram, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tui arbitrio et prudentia gratis imperariis.

Derogatio eorum
traciorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.



CLXXXIX.

Dot. die
8 martii
1803
anno III.

Confirmatio electionis s. Sebastiani martyris in patronum principalem loci Orxivensis Granatensis diœcesis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quam sicut exponi nuper fecerant Nobis dilecti filii clerus, populusque loci vulgo Orxiva nuncupati Granatensis diœcesis, pro peculiari, quem omnes gerant in sanctum Sebastianum martyrem, devotionis affectu, illam ipsi in loci ejusdem principalem patronum elegerint, ac electionem hujusmodi approbari a Nobis plurimum cupiant et confirmari.

Expositio præ-
sum.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attento etiam quod tum de consensu ordinarii, tum servatis servandis juxta formam a fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro præscriptam peracta dicta electio fuerit, hujusmodi electionem auctoritate apostolica tenore præsentium ratam, et validam habemus, ac confirmamus, illique perpetuæ firmitatis robor adijcimus, atque omnes, et singulos sive juris, sive facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, sanamus, atque supplemus; nec non festivitati ejusdem s. Sebastiani martyris electi, ut præfertur, in principalem patronum loci prædicti universas prærogativas festis sanctorum patronorum competentes concedimus, atque attribuimus.

Tenor concessio-
nis.

§. 3. Decernentes easdem præsententes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac clero, et populo Orxivensi plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et

Clausula subla-
ta, et decre-
tum irritans.

delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti loci, et diœcesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis; approbatis, et innovatis: quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava martii millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.



CXC.

Erectio episcopatus Bisarchiensis.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **D**ivina disponente clementia, meritis licet imparibus, Nos in sacrosancta beati Petri principis apostolorum specula collocati ad gregem Dominicum oculos Nostræ mentis intentos semper habentes, quid apostolicæ providentiæ impendere debeamus, ut grex ubique commode et utiliter gubernetur, ac ad cœlestia pascua fideliter dirigatur, inter plurimas muneris Nostri curas eam agnoscimus, ut ecclesiarum præsulibus territorium illud tributum sit, quod juxta sacros canones perlustrare et spirituali populorum regimini facile consulere valeant, quapropter christianorum principum vota ad id tendentia benigne censemur favore complecti, et nonnullorum prædecessorum Nostrorum exempla sequentes ea curamus statuere, quæ in Domino salubriter conspicimus expedire.

Proemium.

§. 2. Cum charissimus in Christo filius Noster Victorius Emmanuel Sardinæ rex illustris Nobis exposuerit, quod ob vastam Algarensis diœcesis amplitudinem, vastosque ipsius ecclesiæ confines unus pastor omnia regere, et populos sibi in spirituali regimine subjectos commode gubernare, eisdem in necessitatibus, ut expedire videtur, statim occurrere minime valeat, proptereaque præfatus Victorius Emmanuel rex, qui de animarum salute maximo afficitur studio, summamque gerit sollicitudinem, ut populi in sua temporali ditione existentes optime a suis pastoribus dirigantur; et ad consulendum populorum hujusmodi salubriori spirituali regimini, et gubernio dignoscatur oportere, ut ab infrascriptis diœcesibus, avulsis nonnullis infradictis locis, perantiqua Bisarchiensis ecclesia in pristinum redintegretur status, ac novus præsul, qui attenda aedificiorum vetustæ civitatis Bisarchiensis ob temporum ærumnas quasi omnimoda sequuta destructione, aptio-

Tenor precum porrectarum a rege Sardiniae.

rem habeat mansionem in oppido Orzieri nuncupato, in quo episcopalis residentia constituatur.

Describitur
præstantia op-
pido nuncupa-
ti di Orzieri.

§. 3. Cumque prædictus Victorius Emmanuel rex Nobis exposnerit, quod oppidum prædictum Orzieri nuncupatum octomillium circiter habitatorum, inter quos plures honestæ familiæ summo decore viventes, refertum, ac rerum ad humanæ vitæ necessarium copia atque opulentia satis abundans, ubi duo virorum ordinis fratrum minorum s. Francisci, alter observantium, ac alter cappuccinorum conventus, et unum mulierum etiam sub regula ejusdem s. Francisci cappuccinarum monasterium, ac nonnullæ laicorum confraternitates, montesque nummularius et frumentarius, instituti et institutæ reperiantur.

Declaratur in-
signitas eccle-
siae collegiatae.

§. 4. Perantiqua pariter sæcularis et insignis collegiata a fel. rec. Paulo pp. V. prædecessore Nostro, ut asseritur, erecta, quæ etiam parochialis existit ecclesia sub invocatione Conceptionis immaculatæ Beatæ Mariæ Virginis, optima ædificii structura, molis amplitudine ac magnificentia præstans, nec non pluriam sanctorum reliquiarum, sacrarumque suppellectilium copia, ad divina non solum summo cum decore peragenda, sed etiam ad pontificalia exercenda satis abundans ab Algarensi una cum infrascriptis locis, seu parochialibus ecclesiis, et aliis respective diœcesibus separaretur, atque ex eo, et ex eis unus episcopatus erigeretur, oppidumque prædictum in civitatem erigendum pro sede novi episcopi Bisarchiensis nuncupandi assignaretur, ex hoc profecto animarum populorum hujusmodi salutis opportune consultam foret.

Dismembratio
nonnullarum
ecclesiarum a
jurisdictione
episcoporum
Algarensi, et
Turritano.

§. 5. Nos igitur ejusdem regis singulare studium, ac procurandæ animarum salutis zelum, quam maxime in Domino commendantes, piisque ejus votis quantum cum eodem Domino possumus, benigne annuere volentes, certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, atque prævio consensu antea præstito a dilectis filiis capitulis et canonicis infrascriptarum cathedralium ecclesiarum, aliisque in præsentis dispositione Nostra interesse habentibus, memoratum oppidum Orzieri nuncupatum, nec non locum

sive parochialem ecclesiam de Tula, ac alium seu aliam de Ardara, ac alium seu aliam de Berchidda, ac alium seu aliam de Oscheri, ac alium seu aliam de Monti, ac alium seu aliam de Alà, ac alium seu aliam de Buddusò, ac alium seu aliam de Nule, ac alium seu aliam de Osidda, ac alium seu aliam de Pattada, ac alium seu aliam de Santina, ac alium seu aliam de Nughedu, ac alium seu aliam de Benetuti, ac alium seu aliam de Bono, ac alium seu aliam de Anela, ac alium seu aliam de Bultei, ac alium seu aliam de Illorai, ac alium seu aliam de Botidda, ac alium seu aliam de Burgos, ac alium seu aliam de Spolato in Algarensi, ac reliquum seu reliqua respective loca, seu parochiales ecclesias de Itireddu respective nuncupata in Turritana respective diœcesibus existentia, cum eorum confinibus, jurisdictionibus, aliisque juribus ad Algarensensem et Turritanam ecclesias, illarumque mensas episcopales competentibus cujuscumque generis, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo dismembramus, sejungimus, et separamus, ac clerum et populum una cum omnibus et singulis respective ecclesiis, monasteriis, cappellis, ac aliis ecclesiasticis, et piis locis, nec non incolis, habitatoribus, cæterisque ecclesiasticis ac sæcularibus personis, rebus quoque, et bonis in supradictorum locorum respective territoriis existentibus, a respectiva Algarensi et Turritana ordinaria jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, et correctione prosus eximimus et liberamus.

§. 6. Prædictum autem oppidum Orzieri nuncupatum in civitatem ad præsentem dumtaxat effectum erigimus, et civitatem esse, ac futuris temporibus nuncupari debere tacerimus, prædictamque sæcularem et insignem collegiatam, quæ etiam parochialis existit, ecclesiam in dicto oppido per Nos civitatis titulo, ut præfertur, decorato existentem, una cum illius capitulo, quod ex archipresbytero, et octo canonicis, octo canonicatus, totidemque præbendas, ac octo beneficiatis tot perpetua simplicia personalem residentiam requirentia, ac servitium chori annexum habentia beneficia ecclesiastica respective obtinentibus, nec non uno sacristæ, unoque sub sacristæ respective officiis,

Erectio oppidi
di Orzieri nuncupati in civitatem, et ecclesie collegiatae in cathedrali.

et quatuor cappellanis ad nutum tamen episcopi amovibilibus constat, illiusque collegialitatis titulum, denominationem, naturam, et essentiam, non autem quoad parochialitatem, eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Erectio novi
episcopatus.

§. 7. Ipsamque collegiatam ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam et extinctam, de apostolicæ potestatis plenitudine in cathedralem, quæ etiam parochialis, ut antea, existat ecclesiam Bisarchiensem nuncupandam, cujus tamen habitualis animarum dilectorum filiorum parochianorum cura, infrascriptis capitulo et canonicis inhæreat, modo tamen et forma ab infrascripto Nostrarum literarum exequutore præscribendis, pro uno episcopo Bisarchiensi, qui ei præesse valeat cum omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, prærogativis, eisdem modo et forma quibus cæteri episcopi, præsertim Sardiniae insulæ, perfruuntur et gaudeant, cum omnimoda episcopali jurisdictione in prædicta civitate di Ozieri nuncupata, in qua pro tempore existens episcopus residebit in palatio jam ad hujusmodi effectum prope dictam cathedralem constructo, et in infrascripta diocesi, ut infra, assignanda perfruatur et gaudeat, pari auctoritate similiter perpetuo instituimus; ipsamque novam cathedralem ecclesiam Bisarchiensem, per Nos sic, ut præfertur, de novo erectam, archiepiscopo Turritano, quoad metropolitancam jurisdictionem, et superioritatem perpetuo subijcimus, et suffraganeam præfati Turritani archiepiscopi esse debere decernimus.

Distributio dignitatum capituli, cum adnexis muneribus singularium dignitatum.

§. 8. Archipresbyteratum vero prædictam, qui post pontificalem unica dignitas existat, pro uno archipresbytero, cui omnimoda actualis animarum cura dilectorum etiam filiorum parochianorum ejusdem ecclesie incumbat, quique illam exercere teneatur, et quoties in curæ animarum hujusmodi exercitio occupatus fuerit, pro præsentibus, divinisque officiis personaliter interessente haberi et reputari respective debeat; octo vero canonicatus, totidemque præbendas, quarum altera theologalis, altera vero penitentiaria ad tramites tamen literarum apostolicarum in forma brevis felicis recordationis Clementis pp. XIV. prædecessoris Nostri inci-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 70.

pietium = *Nuper* = primo nempe exponendi lectiones scholastico dogmaticas, alteri vero theologiam moralem, instituendas mandamus, pro octo canonicis, nec non octo beneficiatis, pro tot perpetua simplicia, personalem tamen residentiam requirentia, ac servitium chori annexum habentia beneficia ecclesiastica respective obtineantibus; ac demum unum sacristæ nuncupatum, ac alterum sub sacristæ respective officia, nec non quatuor presbyteros cappellanos nuncupatos, quibus ultra servitium chori, tempore tamen, in quo pro infrascripta curæ animarum obligatione minime occupati existant, onus coadjuvandi archipresbyterum prædictum in exercitio curæ animarum parochianorum hujusmodi incumbat, ab eodem archipresbytero et capitulo pro eorum approbatione et canonica institutione ordinario Bisarchiensi presentandos, quique ad prædictum servitium chori addicti, beneficiatorum insigniis utantur, prout reliqui beneficiati usque dum usi sunt, ac imposterum utentur, iisdem assignata ab infrascripto presentium Nostrarum literarum exequutore, vel ex ipsa communi massa capitulari sufficienti congrua, quæ tum respondeat oneribus, quæ hi subire coguntur, tum quoque cathedralis ecclesie pro-parochos maxime deceat, atque id præter quotam pro quotidianis distributionibus iisdem assignandam, ultra adventitia emolumenta, quæ stolæ, seu altaris proventus solent vulgo appellari, missarum elemosynam, et piorum christifidelium oblationes, præsertim quæ in administratione sacramentorum offeruntur: singuli tamen prædictorum quatuor cappellanorum ad nutum pro tempore existentis episcopi seu ordinarii Bisarchiensis amovibiles existant, facta archipresbytero et capitulo prædictis alium vel alios, prout opus fuerit, de novo presentandi facultate: qui omnes capitulum curam tantummodo habitalem parochianorum hujusmodi ut supra habentem, cathedralis ecclesie Bisarchiensis constituent, et apud eum chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur, ad omnipotentis Dei gloriam, et laudem, simili auctoritate, harum serie etiam erigimus, et instituimus.

§. 9. Præterea eidem archipresbytero, ac capitulo, et canonicis ejus-

Concessio privilegiorum pro capitulo.

dem cathedralis ecclesie, aliisque capituli et ecclesie hujusmodi personis, et ministris pro tempore existentibus in omnibus et singulis preeminentiis, prerogativis, facultatibus, indultis, insigniis, favoribus, gratiis, ac privilegiis, quibus aliarum cathedralium ecclesiarum predictae insule Sardinie dignitates obtinentes, capitula, et canonici fruuntur, potantur, et gaudent (exceptis privilegiis titulo oneroso acquisitis) ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant concedimus et indulgemus.

Assignatio locorum constitutum nominem diocesis.

§. 10. Loca insuper seu oppida superius expressa, et in districtibus di Monteacuto et di Goceano nuncupatis respective existentia, cum suis parochialibus ecclesiis a predictis diocesis Algarensi, et Turritana, ut prefertur, dismembrata, eidem cathedrali ecclesie Bisarchiensi, pro suis diocesi et territorio constituimus, et cum omnibus et singulis ecclesiis, vicariis, beneficiis, monasteriis, conventibus ac populo, clero, presbyteris, tam secularibus, quam regularibus in eisdem respective existentibus, et commorantibus apostolicae etiam potestatis plenitudine concedimus, tribuimus, et assignamus.

Derogatio privilegii relate ad jus passivum vigens su per collatione prebendarum in ecclesia cathedrali.

§. 11. Vigens cum reperiatur in prefato capitulo usque ad presens observata consuetudo, quod omnes memoratae ecclesie antea collegiate prebende, non nisi civibus prefati oppidi in civitatem erecti, forsitan ex privilegio, vel etiam apostolico indulto conferrentur, Nos attempta ejusdem capituli collegiate in capitulum cathedralis ecclesie erectione, ad quod æquum et congruum dignoscitur ecclesiasticos omnes tam civitatis quam diocesis, dignos et idoneos esse assumendos, harum literarum vigore previa, quatenus opus sit, infrascripta cujuscumque indulti, aut privilegii derogatione, decernimus, ut in futuris provisionibus, firma remanente predicta consuetudine, vel forsitan privilegio aut indulto, quoad quatuor tantummodo prebendas favore civium predictorum, aliaque omnes prebende ipsius cathedralis capituli, tam civibus prefatis, quam diocesis indistinctim ac libere conferri, et assignari valeant.

§. 12. Eisdemque archipresbytero, ac capitulo, et canonicis predictae cathedralis ecclesie Bisarchiensi per Nos, tenore presentium, ut prefertur, erecta, ut ipsi capitulariter congregati pro ejusdem cathedralis ecclesie rerum, et bonorum, tam spiritualium quam temporalium prospero et felici regimine, gubernio, et directione, onerumque illis pro tempore respective incumbendum supportatione, divinarum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et aliorum suffragiorum celebratione, ac distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque exactione, perceptione, repartitione, divisione, pœnarum per absentes et divinis officiis non interessentes, seu onera et munera eis, et eorum cuiuslibet incumbencia subire negligentes incurrendarum incursu, singulorum presentium, et absentium notandis, caeremoniis et ritibus in ecclesia, choro, et processionibus, aliisque actibus prefatis servandis, officialibus et ministris in dicta ecclesia cathedrali necessariis deputandis et amovendis, servitiis et ministeriis per ipsos obeundis, eisque salariis, et stipendiis prestandis, et quibusvis aliis rebus in premissis et circa ea quomodolibet necessariis, et opportunis, quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta, licita tamen et honesta, sacrisque canonibus, et concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus apostolicis minime contraria, ac per ordinarium loci prius examinanda, et approbanda, edere, et edita, previa approbatione ordinarii prefati, declarare, et interpretare, et ad meliorem formam redigere ac reformare, seu alia de novo, ex iure, ac, ut prefertur, eisdem sacris canonibus, et decretis concilii hujusmodi, ac constitutionibus apostolicis predictis minime adversantia, ac, ut prefertur, examinanda, et approbanda, et ab eis ad quos pro tempore spectabit sub penis in contravenientes statuendis observanda, et adimplenda condere, et postquam condita fuerint, toties quoties pro rerum ac temporum conditione et qualitate, vel alias expediens videbitur, illa in toto vel parte corrigere, alterare, mutare, et in melius reformare, aliaque etiam ex iure, de novo, de simili ejusdem ordinarii approbatione condere etiam libere,

Concessio capitulo fructu condendi statuta capituli.

et licite possint et valeant, dummodo tamen correctio, alteratio, immutatio, reformatio, et de novo condenda statuta hujusmodi sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, ac concilii Tridentini decretis hujusmodi contraria, ut præfertur, non sint, eadem apostolica auctoritate licentiam et facultatem, tenore præsentium, concedimus et impertimur.

Notis constitutio pro nova ecclesia.

§. 13. Pro ejusdem autem ecclesie episcopalis Bisarchiensis, per Nos, ut præfertur, de novo erectæ, dote, tertiam partem decimarum prædicti oppidi di Orzieri nuncupati antea Algarensi episcopo debitam, et alias duas tertias decimales partes etiam antea decano capituli episcopalis ecclesie Algarensis præfatæ respective debitas, ac rectoriæ ad præsens vacantis loci de Tula nuncupati, cujus redditus ad quingentarum et nonaginta circiter librarum monetæ illarum partium, summam ascendere videtur, absque tamen æstimatione quartæ vicarialis, ac redditus et proventus, salva congrua parochiali alterius parochialis ecclesie, seu rectoriæ loci di Oschiri nuncupati, etiam ad præsens per liberam dimissionem dilecti filii Gavini Aloisii Sechi presbyteri alias in manibus ordinarii loci factam, et per eundem ordinarium loci admissam vacantis, cum onere tamen pro nunc solvendi pensionem annuam septingentarum, et quinquaginta librarum dictæ monetæ, alias super fructibus prædictæ rectoriæ legitime impositam favore dilecti etiam filii Joannis Philippi Carcopino etiam presbyteri, antea ejusdem parochialis ecclesie rectoris, et ex nunc prout ex tunc, postquam tamen per obitum prædicti Joannis Philippi cessaverit ætiam pensionem annuam perpetuis futuris temporibus, ut infra, duraturam quingentarum librarum similium pro tempore existenti canonico theologo cathedralis ecclesie Bisarchiensis pro sua theologali præbenda, ac medietatem decimarum alterius rectoriæ loci de Pattada ad noningentas triginta septem circiter libras, ascendentem, prout antea episcopo Algarensi solvebatur, et redditus alterius parochialis, seu rectoriæ loci de Nughedu nuncupati, qui minime comprehensa quarta ejus parte, pro tempore ipsius rectoriæ vicario assignata ad mille et quingentas circi-

ter ejusdem monetæ libras ascendere asseruntur; quique antea archidiacono cathedralis ecclesie Algarensis pro sua archidiaconali præbenda, cum onere solvendi tertiam partem decimalem proprio episcopo, assignati reperiuntur, cum hoc tamen quod ne ob dismembrationem hujusmodi rectoriæ a diocesi Algarensi, illiusque novæ Bisarchiensis diocesi unionem per Nos, ut præfertur, factam, mensa episcopalis Algarensis nimium detrimentum patiatur, episcopus Bisarchiensis annuam summam septingentarum quinquaginta librarum similium pro tempore existenti episcopo Algarensi solvere teneantur, usque dum ipse in futuris vacationibus unius di Olmido et alterius di Uri respective nuncupatarum parochialium ecclesiarum, tertiam partem decimarum per Nos, ut infra, assignandam percipiat; quæ porro solutio in prima vacatione unius proportionabiliter pro rata, et in vacatione alterius ex hujusmodi parochialibus ecclesiis integraliter cessare debeat; et ex nunc prout ex tunc postquam tamen rectoria loci di Itireddu nuncupati per obitum illius pro tempore existentis rectoris, aut alias certo alio modo vacaverit summam biscentum quinquaginta librarum hujusmodi, quartam ipsius rectoriæ partem decimalem constituentium; et ex rectoria loci di Bono, summam noningentarum circiter librarum similium, medietatem decimalem ejusdem rectoriæ constituentium, quæ antea mensæ episcopali Algarensi solvebantur; ac similiter tercentum duodecim circiter libras hujusmodi, respondentem medietati decimarum alterius rectoriæ loci de Botidda, quæ etiam antea Algarensi episcopo pariter solvebantur; ac demum triginta septem circiter libras ex fructibus perpetui simplicis, et personalem residentiam non requirentis beneficii ecclesiastici in parochiali rectoria nuncupata, seu alia ecclesia loci di Biducara nuncupati erecti, et tercentum septuaginta quinque libras circiter ex fructibus decimilibus territoriorum Bisarchiensium; ita ut ex nunc in super expressis redditibus, annua summa decem millium quatuorcentum sexaginta quinque librarum monetæ hujusmodi circiter, episcopali mensæ Bisarchiensis, per præsentem assignata censeatur. Vo-

lumus autem quod futurus, et pro tempore existentes episcopi Bisarchienses, donec mensa episcopalis ecclesie Bosanensis quartam decimalem alterius rectorie loci di Sedilo nuncupati, et pensionem annuam perpetuis futuris temporibus duraturam super fructibus alterius rectorie loci di Santu Lassurgiu etiam nuncupati, quas Nos, ut infra, mensae episcopali ex nunc prout ex tunc, postquam tamen per obitum illorum respective rectorum, aut alias certo alio modo vacaverint, ut infra, pariter assignabimus, respective percipere valeat, pensionem annuam mille centum viginti quatuor librarum dictae monetae episcopo Bosanensi solvere teneatur, seu teneantur, quam tamen pensionem proportionabiliter pro rata in prima vacatione unius ex praedictis rectoriis cessare, et in vacatione alterius totaliter extinctam remanere statuimus. Aliam itidem ex nunc pensionem sexcentarum viginti quatuor librarum similium perpetuis futuris temporibus duraturam, a futuro pariter et pro tempore existente Bisarchiensi episcopo, mensae episcopali Algarensi solvendam esse decernimus, loco tertiae partis decimalis, quam ipsa Algarensis mensa episcopalis percipere deberet super fructibus rectorie loci di Pozzomaggiore nuncupati, ut antea mensa episcopalis Bosanensis similiter percipiebat, ex eo quod ad praesens archipresbytero ecclesie cathedralis Algarensis, ut infra, per Nos in sua dote et archipresbyterali nuncupata praebenda erit assignanda; alteram similiter pensionem annuam super mensae episcopalis Bisarchiensis fructibus, redditibus, et proventus, perpetuo etiam duraturam, quingentarum librarum huiusmodi mensae episcopali Algarensi praedictae; ac pro onere, donativo nuncupato, subsidio, ac taxa pontium et viarum mantentione respectivis deputatis, seu exactoribus solendas, alias quatuorcentas et viginti similes annuas libras, nec non seminario puerorum ecclesiastico suae dioecesis biscentum, et denique octoginta septem respective libras annuas huiusmodi suae cathedrali ecclesiae pro cera, et palmis in festi Purificationis Beatae Mariae Virginis, et in dominicae Palmarum respectivis diebus, itaut ex nunc praedictae mensae episcopalis Bisarchiensis liber redditus detractis omnibus su-

perius expressis pensionibus, taxis, et oneribus ad sex mille septingentas quinquaginta octo, et postquam supradictae temporariae pensiones in eventum praemissum cessaverint, detractis jam expressis taxis, oneribus, et pensionibus perpetuis, ad novem mille centum triginta tres circiter respective libras antedictae monetae ascendere annuatim debent.

§. 14. Ex nunc autem, prout ex tunc, postquam tamen in eventum praemissum supradictae pensiones cessaverint, et fructus praedictae mensae episcopalis Bisarchiensis ad evanescant summam novem millium centum triginta trium librarum monetae antedictae pervenerint, facultatem imponendi pensionem annuam, liberam, immunitem, et exemptam bis millium librarum similium pro persona seu personis per dictum Victorium Emmanuelem regem nominanda, seu nominandis, et a Nobis assignanda seu assignandis, ac persona seu personis huiusmodi quoad vixerit seu vixerint, et quaelibet earum respective vixerint, vel ejus procuratori legitimo, aut procuratoribus legitimis, per pro tempore existentem episcopum Bisarchiensem annis singulis sub consuetis modo et forma integre persolvendam, eadem apostolica auctoritate, per praesentes reservatam volumus, atque mandamus.

§. 15. Praeterea statuimus, atque jubemus quod ante novi episcopi Bisarchiensis electionem, illiusque ecclesiae provisionem, taxa huius novae cathedralis in libris camerae Nostrae apostolicae consuetis modo et forma statuatur ac describatur, et juxta illam tam in prima quam in futuris aliis ejusdem ecclesiae provisionibus, literae apostolicae desuper respective conficiendae, expediri volumus, atque mandamus.

§. 16. Ad mensae porro capitularis novae episcopalis ecclesiae Bisarchiensis huiusmodi dotem pariter statuendam, redditus illi ac proventus omnes ejusdem oppidi di Orzieri, ut praefertur, nuncupati collegiatae et parochialis ecclesiae capituli, quam praevia illarum perpetua suppressione in cathedrali ecclesia ut supra ereximus, omnibusque ecclesiasticis personis, tam capitulum novae huius cathedralis ecclesiae componentibus, quam eidem inservientibus eam pra-

Facultas imponendi quamdam pensionem super bonis novae mensae regi reservata.

Praeceptum de inscribendis fructibus mensae in libris camerae apostolicae.

De mensae capitulari dotatione.

bendam, respectivamque assignationem unicuique statuimus, quæ antea dum ipsi capitulum collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ efformabant, ipsi assignata reperiebatur: archipresbytero tamen, qui unica novæ ecclesiæ cathedralis capituli post pontificalem dignitas existit, ultra redditus et proventus ut antea assignatos, fructus, redditus, et proventus parochialis ecclesiæ rectoriæ nuncupatæ terræ, seu loci di Alà nuncupati ad præsens certo quum Nos haberi volumus pro expresso modo vacantis, qui, detracta quarta hujusmodi fructuum, reddituum et proventuum parte pro vicariali congrua, ad quatuorcentas circiter libras sæpeditæ monetæ, ut asseritur, ascendant, pro sua archipresbyterali præbenda adiungimus, sublata tamen in perpetuum summa centum vigintiquinque librarum, quæ præter quotidianas distributiones eidem archipresbytero ex communi massa annuatim solvebatur, ut de eadem præsentium literarum Nostrarum exequutore commode disponi valeat, quo ecclesiæ servitio magis proficuum esse iudicaverit: eidemque infrascripto exequutori specialiter etiam committimus, ut ipse per se, vel alium seu alios dilecto filio Antiocho Sini presbytero juris utriusque doctori, apud Nos de literarum scientia, vitæ ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendato, si prævio diligenti consueto examine dictum Antiochum ad hoc idoneum esse repererit super quo conscientiam suam oneramus, parochialem ecclesiam supradictam terræ, seu loci de Alà sic, ut præfertur, vacantem auctoritate Nostra conferas, et assignes, inducens eundem Antiochum, vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem dictæ parochialis ecclesiæ, ac annexorum, iuriumque et pertinentiarum, et defendat inductum amoto ab eadem quolibet detentore, ac faciens Antiochum prædictum, vel pro eo procuratorem prædictum ad parochialem ecclesiam hujusmodi, ut est moris, admitti, sibi que de illius, ac annexorum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, obventionibus, et emolumentis universis responderi, exceptis tamen omnibus illis, quæ stolæ, seu altaris proventus vulgo appellantur, quique vicario, et pro parochis ejusdem pa-

rochialis ecclesiæ in posterum spectare, et pertinere, ac ex nunc perpetuis futuris temporibus eidem assignata volumus remanere. Canonici vero theologus, et pœnitentiarius, ultra distributionem canonicis omnibus statutam, uni quingentarum, ex nunc prout ex tunc, in eventum superius expressam a futuro, et pro tempore existente episcopo Bisarchiensi persolvendam, alteri vero, etiam ex nunc prout ex tunc, cum primum parochialis ecclesia rectoria nuncupata terræ seu loci di Benetuli nuncupati, per obitum pro tempore existentis illius rectoris, aut alias certo alio modo vacaverit, super ejusdem parochialis ecclesiæ fructibus, redditibus, et proventibus, aliarum quingentarum respective librarum monetæ præfatæ, respective pensiones annuas perpetuis futuris temporibus duraturas, pro respectivis theologi et pœnitentia præbendis constituimus, et assignamus. Infrascripto denique præsentium Nostrarum literarum exequutori curam relinquimus, ut capitulares omnes novæ hujus cathedralis ecclesiæ, quatuor presbyteris beneficiatis nuncupandis ad nutum tamen futuri, et pro tempore existentis episcopi Bisarchiensis, ut supra, amovibilibus, quibus archipresbyterum in exercitio curæ animarum coadjuvandi onus incumbere debet, eam summam unicuique assignent, quæ pro respectiva eorum congrua sufficiens esse videatur. Demum Victorio Emmanueli Sardinia regi illustri prædicto, ejusque in Sardinia insulæ dominio successoribus regibus jus nominandi seu præsentandi, infra tempus a jure præfinitum, Nobis et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus, personam idoneam ad dictam episcopalem ecclesiam Bisarchiensem, per Nos, ut præfertur, erectam, a primæva illius erectione vacantem, tam pro prima vice, quam in posterum in futuris illius vacationibus, pari prorsus modo, quo ad nominationem seu præsentationem eandem episcopi aliarum cathedralium ecclesiarum in præfata Sardinia insula existentium a Sede apostolica prædicta præfici consueverunt scientia et potestatis plenitudinæ paribus apostolica auctoritate antedicta, in perpetuum quoque reservamus, concedimus, et pariter assignamus.

De erectione
seminarii epi-
scopal...

§. 17. Ne desideretur semina-
rium puerorum ecclesiasticum, in
quo adolescentuli illi recipiantur, qui
ecclesiastico statui sese addicere cu-
pant, illud in ædibus, ut Nobis si-
gnificatum fuit, jam ad hunc effe-
ctum designatis, ad formam decreto-
rum concilii Tridentini erigi præci-
piamus, ac pro ejusdem seminarii
note pro nunc contributiones illas,
quas parochiales in districtibus Mon-
tis Acuti et Goceani existentes se-
minario puerorum ecclesiastico Al-
garensi in summa trecentum quin-
quaginta quoque librarum illius mo-
netæ, ac ex fructibus unius di Butele
in territorio civitatis noncupatæ di
Orzieri existente, centum, et alterius
di Biduè quadraginta, ac ex reliquis
perpetuis simplicibus, personalem
tamen residentiam non requirentibus
beneficiis ecclesiasticis, sub invocatio-
ne sanctissimi Salvatoris di Nolvara
respective locis, seu parochialibus
ecclesiis quadraginta quinque respec-
tive libras monetæ prædictæ, nec non
ex taxa novæ episcopali mensæ Bi-
sarchiensi imposita, biscentum, et
summam octingentarum triginta trium
librarum hujusmodi ex tertia parte
decimali rectoriæ loci di Badduso nun-
cupati octingentas triginta tres circiter
libras, ex tertia parte decimali recto-
riæ loci di Berchidda, postquam ta-
men per obitum illius moderni rec-
toris, aut alias certo alio modo va-
caverit, et non antea, perpetuo res-
pective assignamus, itant pro nunc
in summa mille et quingentarum sep-
tuaginta trium circiter, et in poste-
rum in summa bis mille quadrigea-
tarum et sex circiter, sæpeditarum
librarum, annua dos ejusdem semi-
narii puerorum ecclesiastici consti-
tuta existat.

Consultur ec-
clesiæ Alga-
rensi pro rein-
tegratione ei-
dem debitæ in-
viam peractæ
dismembratio-
nis.

§. 18. Ut autem indemnitati
mensæ episcopalis ecclesiæ Algaren-
sis, attenta per Nos facta supradicto-
rum locorum, seu parochialium ec-
clesiarum ab eadem diœcesi dismem-
bratione opportune consulatur, non
nulla alia infrascripta loca, seu pa-
rochiales ecclesiæ, sex videlicet a Bo-
sanensi, tresque a Turrimana respective
diœcesibus sejungendo, et separando
pro felici ejusdem mensæ episcopalis
Algarensis statu eidem diœcesi, ut ia-
fra, uniri, annecti et incorporari vo-
lumus atque mandamus.

§. 19. Viginti sex itaque loca Idem ut supra
cum respectivis suis parochialibus
ecclesiis diœcesim Algarensis in po-
sterum constituent, quarum sexdecim
ultra civitatem Algarensis videlicet
de Putifigari, Mulargia, Birore, Boro-
re, Bortigali, Macomer, Silanus, Lei,
Bolotana, Nuragugume, Dualchi,
Orani, Oratelli, Uniferi, Sarule, et
Ottana, jam diœcesi hujusmodi per-
tinentia, ac alia sex videlicet de Vil-
lanova, Monteleone, Romana, Padria,
Mara, et Pozzomaggiore ad Bosanen-
sem, tresque demum videlicet de Se-
mestene, Uri, et Olmedo ad Turri-
tanam respective diœceses antea spe-
ctantia.

§. 20. Ex certa itidem scientia Unio locorum
facta favore
diœcesis Alga-
rensis.
et matura deliberatione Nostris, deque
apostolicæ potestatis plenitudine, et
de venerabilium fratrum Nostrorum
archiepiscopi Turritani, et Bosanensis
episcopi respectivo consensu super ex-
pressa loca tres unius, sexque alte-
rius ex præfatis diœcesibus partem
constituentibus, supradicta videlicet
oppida seu loca de Semestene, Uri, et
Olmedo a Turrimana, ac alia de Vil-
lanova, Monteleone, Romana, Padria,
Mara, et Pozzomaggiore cum eorum
confessionibus, jurisdictionibus ad eorum
respective ordinariis, illarumque men-
sas, et capitula hactenus competen-
tibus qualiacumque et cujuscumque
generis sint, ac cum eorum etiam
clero, ecclesiis, monasteriis, cappellis,
aliisque piis, et ecclesiasticis locis,
ac cujuscumque generis populis, a
Bosanensi respective diœcesibus, te-
nore etiam præsentium, pari aposto-
lica auctoritate, perpetuis futuris tem-
poribus dismembramus, segregamus,
et dividimus, eademque loca Alga-
rensi diœcesi addimus, adjungimus,
aggregamus, et unimus.

§. 21. Nonnullæ vero, tam super Alia concessio
nes favore e-
jusdem diœce-
sis Algarensis.
redditis ejusdem mensæ Algaren-
sis, et illius cathedralis ecclesiæ ca-
pituli, ac aliquorum superius expres-
sorum locorum in antedicta Alga-
rensi diœcesi comprehensorum, quam
super oneribus ab eisdem respective
supportandis, necessario statuenda
conspicimus. Nos itaque præscribimus
quod civitas Algarensis, ut antea, pro-
prio episcopo decimas omnes inte-
graliter ac de Borore, Bortigali, Ma-
comer, Bolotana, et Nuragugume re-
spective loca, medietatem decimarum
hujusmodi, etiam proprio episcopo

solvere respective teneantur. Alia vero di Putifigari, Murlagia, Dualchi, Ottana, et Monteleone respective loca, in eodem statu, quo antea erant, in posterum remaneant. Cum primum autem di Uri et Olmedo respective nuncupata, superius expressæ rectoriæ, certo modo ut supra vacaverint, et ex illis, ut infra etiam exprimetur, decimalem partem episcopus Algarensis percipiet, rectoriam de Birore nuncupatam ab onere solvendi proprio episcopo medietatem decimalem eximimus; itemque ex nunc rectoriam di Lei nuncupatam, attenta reddituum tenuitate, ab onere solvendi mensæ episcopali medietatem decimalem liberamus. Parochialis autem ecclesia loci di Uniferi nuncupati, quæ ad præsens certo modo vacat, et jam una cum alia alterius loci di Orotelli, etiam nuncupati, canonico theologo cathedralis ecclesiæ Algarensis hujusmodi pro sua theologali præbenda respective sunt assignata, attenta pariter reddituum tenuitate, nunquam in posterum medietatem decimalem mensæ episcopali, ut antea solvere teneantur. Cum desint vero alia media statuendi sufficientem assignationem episcopo Algarensi, ex nunc redditus omnes, detracta tamen congrua pro vicario parochialis ecclesiæ loci di Sarule, eidem Algarensi episcopo assignamus. Reliquas vero de Villanova, et Padria, quarum prima quartam partem decimalem, altera tertiam episcopo Bosanensi solvebant, et alias de Uri et Olmedo respective nuncupata loca seu parochiales, vel rectorias, aut plebanias, quoad duas primodictas ex nunc, quo vero ad secundo dictas, cum primum per obitum earum respective possessorum, aut alias certo alio modo vacaverint, statuimus quartam partem decimalem ex prima nempe de Villanova nuncupata, super cujus reliquis fructibus infrascriptam pensionem annuam pariter reservamus; itemque tertiam partem decimalem alterius de Padria ex nunc, et tertiam similiter partem decimalem aliarum duarum in perpetuum similiter proprio episcopo Algarensi solvere præcipimus; ita ut mensa episcopalis prædicta Algarensis ex nunc ex supradictis decimis civitatis Algarensis bis mille quingentas, ex medietate decimali loci di Birore biscentas, ex alia

etiam medietate decimali loci di Macomer octingentas septuaginta quinque, ex alia similiter medietate decimali loci di Bortigali sexcentas octoginta septem circiter, ex alia itidem medietate decimali loci di Bolotana, octingentas viginti quinque, ex alia pariter medietate decimali loci di Naragugume quingentas triginta unam circiter, et ex di Sarule nongentas triginta duo, ac ex respectivis redditibus di Ottana respective locis tercentas septuaginta quinque; ex quarta decimali loci di Villanova mille centum viginti quinque, et ex di Padria octingentas quinquaginta, ac ex respectivis tertiis decimalibus de Mara respectivis pariter locis biscentum quinquaginta; pro temporanea vero compensatione ab episcopo Bisarchiensi debita, jam superius expressa, usquedum antedictæ parochiales ecclesiæ di Olmedo, et Uri respective locorum, post illarum vacationem, tertiam decimalem episcopo Algarensi tribuent, septingentas quinquaginta: ex annuo perpetuo canone super domo Casa Macua nuncupata in Turritana civitate, vel diœcesi existente, decem, ex locationibus seu responsionibus provenientibus de Sali nuncupatis tam Turritanæ civitatis centum quinquaginta, quam de Minotadas, trecentum septuaginta quinque; et sancti Joannis di Orotelli respective nuncupatis locis centum viginti quinque; et denique mille centum viginti quinque respective libras sæpeditæ monetæ ex pensionibus jam expressis super fructibus mensæ episcopalis Bisarchiensis, itaut summam annuam duodecim mille quingentarum triginta sex librarum circiter percipiet. Onera vero ex nunc pariter solvenda a mensa episcopali Algarensi præfata ad ter mille sexcentas vigintinovem circiter libras ascendent, videlicet pro regis pensionibus, tam effectis, quam nunc vacantibus mille septingentas quadraginta octo circiter, et pro onere donativo nuncupato, subsidio, et taxis pontium et viarum, tercentas sexaginta quatuor circiter; pro pensione favore seminarii puerorum ecclesiastici centum quadraginta novem circiter: concionatori quadragesimali cathedralis ecclesiæ, centum quinquaginta; rectori parochialis ecclesiæ loci di Ottana nuncupati pro maintenance lampadæ ante sacramentum

Epicharistiae accensae decem; pro contributione in festivitibus sanctissimi Corporis Christi, et Assumptionis beatae Mariae Virginis, viginti, pro congruis vice parochiis cathedralis ecclesiae Algarensis assignatis sexcentum octoginta septem circiter; pro pensione denique interini solvenda de cano capitali ejusdem majoris ecclesiae Algarensis, donec parochialis ecclesia loci di Semestene nuncupati vacaverit, quingentas respective libras dictae monetae, itaut deductis supradictis oneribus, octomille noningentae sex circiter librae praefatae pro interini redditus mensae episcopalis Algarensis constituent.

In cessatione nonnullorum onerum praedictorum nonnullam mensam Algarensis consulitur pinquiori detatione nonnullarum parocchiarum.

§. 22. Postquam vero nonnulla onera in praemissos eventus cessabunt, redditus omnes praedictae mensae episcopalis Algarensis, deductis infra scriptis oneribus, quorum solutio in perpetuum remanebit, ad novem mille quingentas viginti duo libras circiter ascendent, qui redditus magis quam ante dismembrationem supradictarum parochialium uberissimi erunt, quia in summa biscentam quinquaginta et ultra librarum adaucti ut infra dignoscuntur, pro eo quod ex decimis integralibus, medietatibus, tertius, et quartis etiam decimalibus a civitate Algarensi bismille quingentas, ex parochialibus seu rectoriis videlicet di Borore octingentas quinquaginta, di Bortigali octingentas septuaginta quinque, di Macomer sexcentas octoginta septem circiter, di Bolotana octingentas vigintiquinque, di Nuragugumie quingentes triginta minus circiter, di Sarule noningentas triginta duo circiter, di Ottana tercentum septuaginta quinque, di Villanova mille centum viginti quinque, di Padria octingentas quinquaginta, di Mara biscentum quinquaginta, di Uri sexcentum sexaginta sex circiter, di Olmedo etiam respective locorum quatuorcentum respective libras hujusmodi, et ex super expressis summis pro censu videlicet super antedicta domo di Casa Manca nuncupata, ac locationibus seu responsionibus de Salfi nuncupatis de Turritana de Miodadas, et de s. Joannis d'Oroteli respective etiam nuncupatis civitate de locis duodecim mille sexcentum quinquaginta duo circiter libras similes percipiet onera vero in posterum ab episcopo solvenda, tantummodo erunt

videlicet mille septingentae quadraginta octo circiter pro supradictis regii pensionibus, tercentum sexaginta quatuor circiter pro superius expresso onere donativo nuncupato, et pro subsidio ac taxa pontium et viarum, centum quadraginta novem circiter pro supradicta taxa seminario solvenda, decem pro superius expressa assignatione rectori parochialis ecclesiae loci di Ottana centum quinquaginta, concionatori quadragesimali viginti, in festivitibus ssimi Corporis Christi et Assumptionis Beatae Mariae Virginis, et demum sexcentum octoginta septem circiter respective libras pro congrua vice parochiis cathedralis ecclesiae Algarensis assignata, et summam insimul ter mille centum viginti novem circiter librarum hujusmodi constituent.

§. 23. Inter praefatae mensae episcopalis Algarensis redditus, aliae quadraginta quinque annuae librae similes numerantur, ex annuo perpetuo canone eidem mensae episcopali debito a capitali seu massa capitalari cathedralis ecclesiae Norensis provenientes, de quibus per Nos supra nulla mentio facta fuit. Nos itaque quoniam accepimus, quod annui redditus cathedralis ecclesiae Norensis tenues existant, et e contra ob dismembrationem a mensa episcopali Algarensi in erectione supradictae diocesis Bisarchiensis, per Nos, ac praefertur, factam, ex eo quod nonnulla alia super expressa eidem Algarensi incorporavimus, nullum damnum in annuis redditibus non solum allatum visum est, sed redditus ipsi ut supra jam exposuimus adaucti dignoscuntur. Ad consulendum aliqua in parte tenuitati reddituum praedictae cathedralis ecclesiae Norensis annuum canonem praedictam a massa capitalari Norensi debitum, cathedrali Norensi praefatae applicamus, eique in posterum solvi perpetuis futuris temporibus declaramus.

Concessio canonis debiti ab ecclesia Norensi favore illius capituli cathedralis.

§. 24. In restitutione vero supradicti episcopatus Bisarchiensis ob dismembrationem per Nos superius factam alicujus partis diocesis Algarensis, tres ipsius Algarensis capituli dignitates, videlicet archipresbyter, archidiaconus, et decanus, absque eorum respectiva praebenda remanserunt. Nos qui studium et curam semper adhibuimus, ut ecclesiastici omnes

Consulitur praebendis archipresbyteri, archidiaconi, et decani capituli Algarensis.

et praesertim illi, qui Altissimo in divinis famulatum praestantes, cathedralium servitio addicti, ecclesiasticas funciones maxima cum decencia, decore, et honorificentia explere in eis non omittunt, de sufficienti congrua provideantur. Per praesentes etiam volumus atque statuimus, quod archipresbyter majoris ecclesiae Algarensis, qui prima post pontificalem ejusdem ecclesiae dignitas existit, cui redditus parochialis ecclesiae, seu rectoriae loci d' Illorai nuncupati, per Nos, ut praefertur, a dioecesi Algarensi dismembratae, et Bisarchiensi dioecesi unitae, pro sua archipresbyterali praebenda assignati reperiebantur fructus, redditus, et proventus alterius parochialis ecclesiae loci di Pozzomaggiore, detracta tamen ex iis congrua, pro ejusdem parochialis ecclesiae rectore, eidem archipresbytero pro sua archipresbyterali praebenda modo assignamus, eamque ecclesiam parochialem ab onere solvendi tertiam decimalem mensae episcopali Bosanensi, in posterum eximimus et liberamus.

Idem ut supra

§. 24. Archidiacono autem supradictae cathedralis ecclesiae Algarensis, attenta parochialis ecclesiae Algarensis, loci di Nugheddu, ei antea pro archidiaconali praebenda assignata, per Nos a dioecesi Algarensi facta abdicatione, et respectiva, ut praefertur, dioecesi Bisarchiensi unione, alteram parochialem ecclesiam rectoriam nuncupatam loci di Romana etiam nuncupati pro archidiaconali praebenda per praesentes assignamus; ac ex nunc prout ex tunc, post tamen obitum dilecti filii Josephi Ignatii Tanda presbyteri ac canonici majoris ecclesiae Bosanensis, ac moderni administratoris reddituum, ac proventuum ecclesiae ruralis sancti Lussorii intra limites, seu in territorio ejusdem loci de Romana, ut praefertur, nuncupati existentis, eidemque parochiali ecclesiae annexae eundem archidiaconum, ejusque in archidiaconatu praefato successores in administrationem praedictam vigore praesentium deputamus.

De distributione decimarum solvendarum a civitate noviter erecta.

§. 25. Redditi porro ex decimis oppidi de Orzieri per Nos modo in civitatem erecti, et pro sede novi episcopi Bisarchiensi constituti, decano ejusdem cathedralis ecclesiae Algarensis pro sua praebenda assignati reperiebantur; ne ob deficientiam red-

Bull. Rom. Tom. XI. F. 70.

dituum hujusmodi pro tempore obtinentes decanatum praedictum absque praebenda remaneant, pro interim parochialem ecclesiam loci di Mara nuncupati pro sua praebenda designamus, et ad pensionem annuam supradictam quingentarum librarum antedictae monetae a pro tempore existente episcopo Algarensi solvendam nominamus, usquedum altera parochialis ecclesiae rectoria nuncupata, terrae seu loci di Semestene etiam nuncupati, per obitum moderni illius rectoris, aut alias certo alio modo vacaverit, quam parochialem ecclesiam in decanalem praebendam ex nunc constituimus, et in eventum praemissum pro tempore existenti decano ejusdem cathedralis ecclesiae Algarensis pro sua praebenda etiam assignamus; duas tamen, ultra congruam, futuro ipsius parochialis ecclesiae rectori assignandam, eidem pro tempore existenti decano obligationes injungentes, unam videlicet annuatim solvendi mensae episcopali Algarensi tertiam partem decimalem, et alteram, usquedum certo modo altera parochialis ecclesia terrae, seu loci di Santu Lussurgiu nuncupati, archipresbytero capitulo ecclesiae Bosanensis, pro sua archipresbyterali praebenda antea assignata, vacans effecta erit, annuatim etiam subministrandi mensae capitulari Bosanensi octo mensuras frumenti cum dimidio alterius similis mensurae vulgo *starelli* pro compensatione reddituum nonnullarum parochialium a Bosanensi abdicatarum, et Algarensi respective dioecesibus unitarum.

§. 26. Nullam in praesentibus literis Nostris de capitulo Algarensi dispositione circa poenitentiarium ejusdem cathedralis ecclesiae praebendam mentionem facimus pro eo quod parochialis ecclesia, seu rectoria loci di Silanus nuncupati in suis redditibus, ut antea pro congrua pro tempore existentis canonici poenitentiarium ejusdem capitulo Algarensis, satis esse videtur.

De praebenda canonici poenitentiarium.

§. 27. Canonico denique theologo alteram parochialem ecclesiam, seu rectoriam loci d' Oratelli, ab alia tamen d' Uniferi vigore literarum apostolicarum fel. rec. Clementis pp. XIV praedecessoris Nostri incipientium, *Inter multiplices*, de anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo nono separatam, in posterum etiam, ut

De canonico theologo, ejusque praebenda.

antea pro sua theologali præbenda assignatam volumus. Atque insuper ex nunc prout ex tunc postquam tamen per obitum moderni rectoris, aut alias certo alio modo antedicta parochialis ecclesia de Villanova vacaverit pensionem annuam tercentarum septuagintaquinque librarum monetæ præfate, quam Nos super ipsius parochialis ecclesiæ fructibus, redditibus, et proventus per præsentem perpetuis futuris temporibus reservamus, et ad eam pro tempore existentem canonicum theologum prædictum eandem præsentium tenore, perpetuo nominamus.

De forma servanda in collatione archipresbyteratus.

§. 28. Cumque, sicut accepimus, archipresbyteratus infrascriptus majoris ecclesiæ cum ei adnexa præbenda terræ, seu loci di Pozzomaggiore, qui inibi post pontificalem major dignitas existit, et ad quem dum Oschieri pro tempore vacat nominatio, seu præsentatio personæ idoneæ in eo ad nominationem seu præsentationem hujusmodi aut alias instituendæ ad prædictum charissimum in Christo filium Nostrum Victorium Emmanuelem regem illustrem spectare, et pertinere dignoscitur, et decanatum ejusdem ecclesiæ, qui etiam inibi tertia post pontificalem pariter dignitas existit canonicatum, et theologalem nuncupatam præbendam antedictos respective majoris ecclesiæ Algerensis, certis quibus Nos haberi volumus pro expressis modis, cumque pariter infrascriptus Gavinus Aloisius rector superexpressæ parochialis ecclesiæ rectoriæ nuncupatæ sæpeditæ terræ, seu loci di Oschieri nuncupati in manibus ordinarii loci parochialem ecclesiam prædictam sponte et libere dimiserit, per dimissionem eandem respective vacaverint et vacent ad præsens. Nos qui hodie archidiaconatum dictæ majoris ecclesiæ per primo infranominandum Joannem Baptistam, ut asserebat, obtentum per solam præsentis gratiæ concessionem vacare eo ipso volumus, quique de literarum scientia, vitæ, ac morum honestate dilectorum filiorum Joannis Baptistæ Musio, et Gavini Aloisii Sechi juris utriusque respective doctorum, nec non Joannis Baptistæ Giraldi omnium presbyterorum Algerensis, seu alterius civitatis vel diœcesis, aliisque multiplicem eorum virtutum donis optime fuimus edocti, præfato infrascripto præsentium Nostrarum li-

terarum exequutori committimus, et mandamus, ut archipresbyteratum prædictum una cum ei annexa præbenda Joanni Baptistæ primodicto, qui a prælaudato Victorio Emmanuele rege ad id præsentatus fuit, ac decanatum antedictum Gavino Aloisio, nec non canonicatum et theologalem præbendam hujusmodi secundodicto Joanni Baptistæ præfatis cum plenitudine juris canonici, ac omnibus juribus, et pertinentiis respective suis, etiamsi concursus super dictis canonicatu et præbenda, ut præfertur vacantibus habitus non fuerit auctoritate Nostrâ respective conferat et assignet, inducens per se vel alium, seu alios Joannem Baptistam primodictum, recepto prius ab eo Nostrâ et Romanæ Ecclesiæ nomine fidelitatis debitæ solito juramento juxta præscriptam formam, ac Gavinum Aloisium, et respective dictum Joannem Baptistam præfatos vel procuratores suos eorum respective nomine in archipresbyteratus, ac decanatus, et præbendæ præfatorum annexorum, jurium, et pertinentiarum respective corporalem possessionem, et defendens inductos, amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem, ac faciens Joannem Baptistam primodictum ad archipresbyteratum, ac Gavinum Aloisium ad decanatum, et Joannem Baptistam secundo dictum ad præbendam præfatas, ut est moris, admitti, ac in canonicum recipi, et in fratrum stallo sibi in choro, et loco in capitulo dictæ majoris ecclesiæ cum dictis juris plenitudine assignatis, eisque et eorum cuilibet de prædictorum decanatus, et canonicatus, et præbendæ, ac annexorum eorundem fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis integre responderi, contradictores auctoritate Nostrâ præfata appellatione postposita compescendo, non obstantibus infrascriptis omnibus, quæ præsentibus literis volumus non obstare. Aut si aliqui apostolica prædicta vel alia quavis auctoritate in canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis dictæ majoris ecclesiæ speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis, aut legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionum reservationem et decre-

tum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus Joannem Baptistam primodictum in archipresbyteratus, et Gavinum Aloisium in decanatus, ac secundo dictum Joannem Baptistam præfatos in respectiva assequutione ditorum canonicatus et præbendæ volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assequutionem dignitatum, ac canonicatum, et præbendarum, vel beneficiorum aliorum præjudicium generari, seu si pro tempore existenti episcopo Algarensi, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim ab eadem Sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari, ac canonicatibus, et præbendis dictæ majoris ecclesiæ, vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem, præsentationem, seu quamvis aliam dispositionem conjunctim, vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, seu si tam et secundo dicti Joannes Baptista quam Gavinus Aloisius præfati præsentibus non fuerint ad præstandum de observandis statutis et consuetudinibus dictæ majoris ecclesiæ solitum juramentum, dummodo in absentia eorum per procuratores respective idoneos, et cum ad illam accesserint etiam respective corporaliter illud præstent; eidemque Joanni Baptistæ secundo dicto, ut ipse gradum magisterii in theologia vel doctoratus, aut licentiatu-
Consultitur necessitatibus diœccesis Bosanensis.

§. 29. Mentem autem Nostram ad Bosanensem diœcesim vertentes, necessitatem aspiciamus, ut ob damna, quæ tam in novæ Bisarchiensis efformatione, quam in alterius Algarensis respective diœcesum dispositione fuerunt allata, aliquo modo compensentur, et ejusdem Bosanensis diœcesis futuro statui per Nos etiam provideatur. Quod si prævia dismembratione nonnullorum infrascriptorum locorum sub archiepiscopali ecclesia Alborensi existentium, eidem Bosanensi diœcesi incorporentur, facile ad

hoc opportunum remedium censemus allaturi.

§. 30. Ultra civitatem Bosanensem, loca seu oppida di Montrista, Modolo, Magomadas, Tresnuragues, Sennariolo, Cuglieri, Scano, Santu Lussurgiu, Sindia, Sagama, Suni, Tinnura, et Flussio respective nuncupata, quæ jam Bosanensi episcopo subdita sunt sub ejusdem episcopi jurisdictione confirmamus; et alia videlicet de Tadasuni, Boroneddu, Soddi, Zuri, Aydomaggiore, Domus novas, et Sedilo, prævio venerabilis fratris Nostri archiepiscopi Arborensis assensu, una cum respectivis clero, ecclesiis, monasteriis, cappellis, aliisque piis, et ecclesiasticis locis, ac tam regularibus et ecclesiasticis, quam sæcularibus et laicalibus personis, a diœcesi Arborensi separamus, et in perpetuum per præsentibus Bosanensi diœcesi animus et incorporamus, itant ex singulis super expressis locis tota Bosanensis diœcesis efformata censeatur, et perpetuo debeat remanere.

§. 31. Nonnulla super enunciata loca, quæ diœcesim Bosanensem efformabunt, ejusdem mensuræ episcopalis præcipuos redditus constituent: pro eo quod civitas Bosanensis, quæ sedes est illius episcopi, decimas omnes, tertiamque partem decimalem ut antea, di Sindia, Sagama, et Suni, ac quartam decimalem hujusmodi, altera di Cuglieri respective ecclesiæ, et nuncupatæ præbendæ, eidem episcopo annuatim tribuent; aliæ vero rectoriæ di Modolo, Sennariolo, et Tinnura, respective etiam nuncupatæ, tertiam partem decimarum proprio episcopo pariter annuatim tribuent, sed cum primum per obitum modernorum respective possessorum, tam præbendæ di Santu Lussurgii nuncupatæ, quam rectoriæ loci di Sedilo etiam nuncupati, aut alias certo alio modo vacaverint, attentam respectiva reddituum tenuitate a superius expressa obligatione solvendi tertiam partem decimarum hujusmodi exemptas declaramus. In eodem statu quo antea, rectorias seu parochiales di Montresta, Tadasuni, Domus novas, et invicem perpetuo canonicæ unitas, di Soddi, et Zuri respective locorum, etiam respective nuncupatas relinquimus. Cum primum vero supradicta rectoria loci di Sedilo nun-

cupati vacaverint, propriis episcopo annuatim quartam partem decimarum solvet, ex tunc (ut supra jam expressum fuit) pensio annua mille centum vigintiquinque librarum super mensæ episcopalis ecclesiæ, Birsarchiensis fructibus, proportionabiliter extincta remanebit: redditus autem alterius parochialis ecclesiæ seu rectoriæ loci di Boroneddu, eodem modo quo antea Arborensi archiepiscopo pertinebant, nunc Bosanensi episcopo assignamus, eidemque assignati perpetuo censi debeant. Et insuper canonico majoris ecclesiæ Bosanensis, cui antea pro sua canonicali præbenda, fructus supradictæ rectoriæ, terræ seu loci di Mara assignati reperiebantur, et fructus alterius rectoriæ loci di Magomadas, jam episcopo statutos, pro nunc et postea quando prioratus di Scano nuncupatus vacaverit, redditus prioratus huiusmodi in ejus locum subrogamus, et post vacationem huiusmodi, episcopo prædicto Bosanensi, fructus rectoriæ prædictæ di Magomadas nuncupatæ de novo assignamus: ac in huiusmodi eventum etiam episcopo præfato titulum prioratus antedicti concedimus, atque ut in posterum prior etiam s. Petri de Scano denominari valeat indulgemus. Moderno item ultimo dicto canonico, ejusque in canonicatu successoribus perpetuis futuris temporibus, tam ex nunc cum illa de Magomadas, quam in posterum cum alia di Scano respective præbendis, cathedrali ecclesiæ Bosanensi libras triginta septem circiter monetæ prædictæ illarum partium in compensationem amissi turis cathedralici in dismembratione a diocesi huiusmodi nonnullarum parochialium, illarumque unione per Nos, ut præfertur, facta cathedrali Algarensi, annuatim solvendi perpetuo onus incumbat. Dilecto similiter filio Joanni Baptistæ Borro archipresbytero majoris ecclesiæ Bosanensis, supradictam parochialem ecclesiam, seu rectoriam de Santu Lussurgiu nuncupatam, in subsidium archipresbyteralis præbendæ, jam ei legitima auctoritate collatam, nunc tam ipsi, quam suis in archipresbyteratu prædicto successoribus, perpetuo fructus ejusdem parochialis seu rectoriæ in archipresbyteralem præbendam assignamus: et cum hi modo redditus archipresby-

teratus huiusmodi ad mille libras dictæ monetæ ascendere videantur, volumus quod cum primum per obitum dicti Joannis Baptistæ, aut alias certo alio modo vacaverit, faturus et pro tempore existens ipsius cathedralis ecclesiæ archipresbyter, pensionem annuam liberam, immunem, et exemptam ab omni et quocumque onere, quatuorcentum librarum similium mensæ episcopali Bosanensi in posterum solvere teneatur, et tunc alia pensio per Nos vigore præsentium eidem mensæ episcopali super fructibus alterius episcopalis ecclesiæ Birsarchiensis in summa mille centum viginti quinque librarum huiusmodi assignata, proportionabiliter minuat. Et insuper pro tempore existens archipresbyter præfatus, massæ distributionum capitularium majoris ecclesiæ Bosanensis, mensuras octo cum dimidio frumenti, vulgo, *starelli*, in finalem executionem compensationis aliarum sexaginta octo similium mensurarum, quas antedicta massa annuatim amittit in dismembratione nonnullarum parochialium a præfata diocesi Algarensi, tunc ab hoc onere, et supra disposuimus, antedicta parochiali ecclesia seu præbenda terræ seu loci di Mara libera remanente. Fructus itidem alterius parochialis ecclesiæ, seu rectoriæ terræ, seu loci di Aydomaggiore nuncupati, qui mensæ archiepiscopali Arborensi usque adhuc pertinebant, canonico penitentiario Bosanensi, vice et loco alterius super expressæ de Pozzomaggiore nuncupatæ, per Nos diocesi Algarensi unitæ, pro sua penitentiaria præbenda in perpetuum adsignamus, cum onere pro tempore illam obtinenti supradictæ massæ capitulari Bosanensi superextantes quinquaginta novem cum dimidio mensuras frumenti, vulgo *starelli*, in complementum antedictarum mensurarum sexaginta octo, subministrandi onus incumbat. Aliarum denique de Tresnuragues, et Flussio nuncupatarum respective parochialium ecclesiarum fructibus, detracta ex eis congrua pro respectiva parochorum manutentione, primodicta nempe seminario puerorum ecclesiastico Bosanensi, secundo dicta vero uni ex canonicis majoris ecclesiæ Bosanensis, etiam in posterum prout antea assignata, perpetuo volumus remanere.

Idem ut supra

§. 32. Cum vero superexpressi redditus, infra clarius explicandi, ad mensæ episcopalis Bosanensis dotationem non satis esse videantur, pensionem annuam, ab omni et quocumque onere liberam, immunem, et exemptam, perpetuis futuris temporibus duraturam, bismille, et quingentarum librarum similium super mensæ archiepiscopalis Arborensis fructibus, redditibus, et proventibus præsentibus reservamus, et ad illam ex nunc modernam et pro tempore existentem episcopum Bosanensem, illiusque mensam episcopalem nominamus, cui adjuncta alia pensione millecentum viginti quinque librarum huiusmodi eidem Bosanensi mensæ pro nunc, ut supra expressum fuit, a mensa episcopali Bisarchiensi solvenda, et termille ex supradictis decimis civitatis Bosaniensis, ac tercentis viginti quinque ex loco di Montresta, ac centum sexdecim circiter, ex tertia decimali alterius loci di Modolo, ac pariter ex tertia decimali alterius loci di Sennariolo centum viginti quinque, ac mille sexcentis ex loci di Cuglieri quarta decimali, ac biscentis quinquaginta ex loco di Boroneddu, ac quatuorcentis tribus circiter ex tertia decimali di Sagama, ac tercentis ex pari tertia decimali di Suni, et denique octoginta respective libris prædictis ex tertia similiter decimali respective locorum di Tinnura, decem millium viginti quatuor librarum summa annua insimul constituetur, ex quibus detractis annuis oneribus, in summa trium millium librarum similium, pro interim prædictæ mensæ episcopalis Bosanensis redditus ad septem mille viginti quatuor libras huiusmodi ascendere dignoscuntur. Postquam vero ex prædictis locis, redditus eidem episcopali mensæ Bosanensi, in summa plenarie constituta proveniet videlicet ex civitate Bosanensi termille, ex di Montresta tercentum viginti quinque, ex di Magomadas quatuorcentum duodecim, ex di Cuglieri mille sexcentarum, ex di Boroneddu biscentum quinquaginta, ex di Sedilo septingentarum quinquaginta, ex di Sindia quatuorcentum trium circiter, ex di Sagama biscentum, ex di Suni respective locorum, seu parochialium fructibus, seu decimis, tercentum, et ex perpetua pensione

super fructibus alterius parochialis seu rectoriæ loci di Santu Lussurgiu quatuorcentum, ac ex alia denique simili perpetua pensione super mensæ archiepiscopalis Arborensis fructibus bismille quingentarum librarum prædictarum, tunc redditus omnes præfate mensæ episcopalis Bosanensis detractis in expressa trium millium librarum huiusmodi quantitate, omnibus oneribus, ad septem mille centum quadraginta circiter libras prædictas ascendent.

§. 33. Ad redditus vero seminarii puerorum ecclesiastici Bosanensis aliquo modo augendos taxam annuam in summa librarum quadraginta septem, et denariorum sex antea seminario puerorum ecclesiastico metropolitanae ecclesiæ Arborensi debitam ab infrascriptis locis videlicet di Sedilo in libris vigintinovem cum decem solidis, di Aydomaggiore in libris quatuor, di Domusnovas in libris duobus cum septemdecim solidis, et sex denariis, di Soddi et Zuri in libris quinque cum decem solidis, di Tadasuni in libris quatuor cum solidis decem, et di Boroneddu in libra una, eidem seminario puerorum ecclesiastico Bosanensi perpetuis futuris temporibus applicamus, ipsiusque rectoribus seu deputatis, aut eorum procuratoribus ab iis ad quos spectat, absque ulla diminutione solvi jubemus. Archiepiscopo itidem Arborensi, qui summ præstitit assensum, ut superius expressæ di Tadasuni, Soddi, Zuri, Domusnovas, Sedilo, Aydomaggiore, et Boroneddu respective locorum parochiales ecclesiæ a sua diœcesi dismembrarentur, ac Bosanensi diœcesi per Nos ut supra unirentur, ne ipsi et mensæ sue archiepiscopali grave damnum, ob dismembrationem huiusmodi afferatur; ex nunc prout ex tunc, postquam per obitum dilecti filii Salvatoris Enna presbyteri, ac canonici majoris ecclesiæ Arborensis, præbenda di Senis nuncupata, quam ipse Salvator una cum alia simili di Genoni, etiam nuncupata præbenda ad præsens obtinet, aut alias certo alio modo vacaverit, et quana in huiusmodi eventum, juxta memoratas præfati Clementis pp. XIV. encyclicas literas, in rectoriam erigi præscriptum fuerat, huiusmodi literis in ea tantum parte, hisce præsentibus derogantes præbendam di Senis nun-

Augentur redditus seminarii Bosanensis.

cupatam præfatam, ac perpetuum simplex, et personalem residentiam non requirens beneficium ecclesiasticum, ad altare vel sub invocatione sancti Michaelis Archangeli, in parochiali, seu alia ecclesia terræ, seu loci di Tamis nuncupati, ex nunc pariter prout ex tunc, postquam tamen per obitum moderati ipsius beneficii rectoris, aut alias pariter certo alio modo vacaverit, nec non ecclesiasticum beneficium prioratus nuncupati sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis de Bonacato una cum ei adnexa parochiali ecclesia s. Romualdi oppidi de Boarcardo, quod usque et de mense Januarii proximo præterito, per obitum quondam Antonii Guirisi illius ultimi possessoris extra Romanam curiam defuncti vacavit et vacat ad præseas eidem archiepiscopo cum illorum respective fructibus, redditibus, et proventibus, ejus vita naturali dumtaxat durante per præsentem concedimus et assignamus; ita ut ipse archiepiscopus, quamdiu vixerit, titulum prioris sanctæ Mariæ de Bonacato retineat, eoque uti valeat, cum hoc tamen quod vice priorum, sive parochialem vicarium, qui juxta præfatas encyclicas literas primario et immediate animarum curam gerat, deputare teneatur, eidemque pro congrua constituere præter adventitia emolumenta, quæ stolæ sive altaris proventus vulgo vocantur, integram quartam partem fructuum, et reddituum ex decimis provenientium, ita vice priorem inter et alios coadjutores sacerdotes pro parochos nuncupatos dividendam, ut ad eandem literarum tramites illi cedat pars major, quæ detractis omnibus oneribus, missarum elemosynis, aliisque fidelium oblationibus, minor non sit scutorum quinquaginta istius monetæ: ab humanis vero erepto prædicto archiepiscopo, prævia tituli collativi antedicti simplicis beneficii ecclesiastici sancti Michaelis Arcangeli in Tamis nuncupati perpetua suppressione et extinctione, fructus, redditus, et proventus præfati simplicis, satisfacti tamen si qui sint, illius oneribus, seminario puerorum ecclesiastico Arborensi perpetuo annecti, et incorporari volumus et mandamus. Itemque supradictam præbendam di Senis nuncupatam prævia pariter illius dismembratione a capitulo dictæ metropolitanae ecclesiæ mensæ archiepiscopali

Arborensi perpetuo similiter adiicimus, annectimus, et incorporamus.

§. 34. Ne denique mensa archiepiscopalis Turrinana etiam ob dismembrationem nonnullarum superexpressarum parochialium grave patiatur detrimentum, neve illius redditus nimis imminuti dignoscantur, eidem archiepiscopali mensæ ultra quartam partem fructuum decimalium parochialis ecclesiæ, seu rectoriæ d'Ossi nuncupatiæ, unam mille biscentum quinquaginta super di Ploghe, et alteram pariter mille biscentum quinquaginta super d' Iuricannedu, et reliquam pensiones annuas etiam mille biscentum quinquaginta respective librarum monetæ prædictæ perpetuis futuris temporibus duraturas super di Bonorya respective nuncupatam parochialem seu rectoriam respective fructibus, redditibus et proventibus, qui ut asseritur, ad multo majorem annuam summam annuatim ascendunt, et quarum cuilibet sufficiens remanet congrua pro parochi et ecclesiæ sustentatione et mantentiose, ex nunc prout ex tunc cum primam illæ per obitum illarum pro tempore existentium possessorum, aut alias certo alio modo respective vacaverint, per præsentem ad ipsius archiepiscopalis mensæ Turrinanz favorem perpetuo reservamus, constituimus, et pariter assignamus. Et ex nunc pariter prout ex tunc, et e contra postquam tamen ecclesia Ampuriensis per moderati illius ecclesiæ episcopi ab hac luce emigratione, aut alias certo alio modo pastoris solatio destituta remanebit, parochialem ecclesiam terræ, seu loci pii Chiaramonti nuncupati ab Ampuriensi diœcesi abdicando et separando, diœcesi Turrinanz, cui est magis finitima, uniri et incorporari volumus et mandamus, ac omnes ipsius parochialis ecclesiæ di Chiaramonti, ut præfertur, nuncupatiæ fructus, redditus, et proventus, ad mille et sexcentas libras sæpeditæ monetæ, non comprehensa congrua vicario perpetuo ipsius parochialis ecclesiæ assignata, ut asseritur, ascendentes, eidem archiepiscopali mensæ Turrinanz, ut præfertur, ex nunc, prout ex tunc in eventum præmissum, tribuimus, et applicamus.

§. 35. Cum itaque juxta preces et vota laudati Victorii Emmanuelis Sardiniz regis omnia superius expres-

Consultar mensæ archiepiscopali Turrinanz.

Monitum speciale.

sa statuerimus, hoc modo confidimus, ut optime in unaquaque ex superius expressis ecclesiis, suisque diœcesibus omnia pro spirituali animarum cura Christifidelium in eis degentium, et respectivis eorum episcopis assignatarum statuta sint, et hoc in posterum ad majorem omnipotentis Dei gloriam, et catholicæ Ecclesiæ splendorem redundare posse judicamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 36. Præsentes autem literas nullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus si quæ a Nobis fierent comprehendendi, sed tamquam ad divini cultus incrementum, et populi spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas, semper ab illis excipi, validasque et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque ab omnibus censerî; ita quoque per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate judicari, ac definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Deputatio executoris apostolici.

§. 37. Quocirca dilecto filio Nostrò Didaco Gregorio, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Cadello nuncupato, metropolitane ecclesiæ Calaritanæ ex concessione et dispensatione apostolicis præsuli, quem in exequutorem præsentium Nostrarum literarum apostolicarum deputamus, ad hoc ut, per se, vel alium, seu alios ab ipso subdelegandum aut subdelegandos pro nova cathedralis ecclesiæ Bisarchiensis erectione et pro illius capituli et canonicorum spirituali directione et regimine, ac onerum illis incumbentium supportatione, aliorumque tam divinum servitium, quam leges in hujusmodi capituli nova institutione respicientibus satisfactione,

nec non pro puerorùm ecclesiastici seminarii institutione, ac respectivis datationibus, et territorii diœcesim efformantis assignatione; itemque pro Turritanæ, Algarensis, et Oritanæ mensarum episcopalium respectiva compensatione, eaque omnia, quæ necessaria et opportuna fuerint visa statuere ac decernere, numerumque superius expressum ecclesiasticarum personarum servitio dictæ novæ cathedralis ecclesiæ adijciendarum, quatenus opus foret, juxta redditus etiam immutare, et alia omnia, quæ ad felicem exitum præsentes Nostras literas perducendas, justum et expediens agnoverit, collatis cum memorato Sardiniae rege consiliis, gerere, facere, disponere, atque etiam omnes controversias, quæ in præmissis oriri possent examinare, dijudicare, et definire valeat, qualibet appellatione remota, facultates omnes ad hujusmodi effectum necessarias et opportunas concedimus, et impertimur.

§. 38. Non obstantibus fel. recor. Bonifacii pp. VIII. prædecessoris Nostrî, et aliis quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostris et cancellariæ apostolicæ regulis de exprimendo vero annuo valore, nec non de jure quæsito non tollendo, ac de dismembrationibus ad partes committendis, vocatis quorum interest, nec non Lateranensis concilii ultimo loco celebrati, dismembrationes et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, et quatenus opus sit, Algarensis, Bosanensis, Turritanæ, ac Arborensis respective ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine, ac etiam concistorialiter, aut alias quomodolibet etiam, et iteratis vicibus a prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus concessis, confirmatis, appro-

Derogatio contrariorum.

batis, et innovatis; nec non quatenus opus sit quibuscumque etiam priorum testatorum voluntatibus, et dispositionibus. Quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda, aut quevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, et eisdem presentibus pro plane et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum omnium, et singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 39. Volumus autem, ut præsentium literarum exemplis, etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ sigillo obsignatis eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur, que ipsis originalibus adhiberetur si essent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio penalis.

§. 40. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, divisionis, exemptionis, separationis, suppressionis, erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, subjectionis, indulti, constitutionis, commissionis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo tertio, septimo idus martii pontificatus Nostri anno tertio.

CXCI.

Confirmatio electionis s. Josephi sponsi B. M. V. in patronum principalem locorum Pulianas, Pulianillas et Turo Granatensis diocesis

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Quoniam sicut exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii clerus, populusque locorum, qui vulgo Pulianas, Pulianillas, et Turo nuncupantur, quique etsi tres numero, unam tamen tantum parochiam efformant, Granatensis diocesis, pro peculiari, quem cunctis ibi genuit in sanctum Josephum B. M. V. sponsum devotionis affectu, illum ipsi in eorumdem locorum principalem patronum in festo ejus patrocinii elegerint, ac electionem hujusmodi plurimum cupiant approbari a Nobis et confirmari.

Expositio precum.

§. 1. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter portectis inclinati, attento etiam quod memorata electio tum de consensu ordinarii, tum servatis servandis juxta formam a felicis recor. Urbano VIII. prædecessore Nostræ præscriptam peracta fuit, eandem electionem auctoritate Nostræ apostolicæ tenore præsentium ratam, et validam habemus, ac confirmamus, illique perpetuæ firmitatis robur adijcimus, atque omnes, et singulos sive juris, sive facti defectus, si quos desuper quomodolibet intervenisse contigerit, sanamus, atque supplemus; nec non prædicti sancti Josephi sic in patronum principalem electi festivitati illius patrocinii universas prærogativas festis sanctorum patronorum principalium competentes concedimus, et attribuimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et inte-

Clausula sublata et decretum irritans.

gros effectus sortiri, et obtinere, ac clero, et populo prædictorum locorum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii Nostri apostolici auditores iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non eorumdem locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum

derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, sub annulo piscatoris die undecima martii, millesimo octingentesimo tertio, pontificatus Nostri anno tertio.

FINIS TOMI DECIMI PRIMI